



Na. 1a

Strobel.



Strobel.

3

DE
CENSU DAVIDICO
PESTEQUE HUNC CENSUM SECUTA

IN 2 SAM. XXIV. ET 1 CHRON. XXI.

COMMENTARIUS

CUJUS PARTEM PRIOREM

DEO CLEMENTER ADJUVANTE

PRO GRADU DOCTORIS THEOLOGI

RITE OBTINENDO

SOLEMNI CENSURE SUBMITTIT

JOHANNES LAURENTIUS BLESSIG

S. THEOL. PROF. PUBL. ORD. ET NOVI TEMPLI PASTOR

ADSCITO RESPONDENTE

JOHANNE EHRMANN

SEMIN. ECCLES. MEMBRO, ET SCHOLE NOVI TEMPLI

MODERATORE

D. XXVII. FEBRUARII MDCCCLXXXVIII.

HORIS ANTE- ET POMERIDIANIS.


ARGENTORATI, Typis JOH. HENRICI HEITZ, Univers. Typ.



ILLUSTRIS
COLLEGII ARCHI - PRESBYTERIALIS
SEPTEMVIRIS
MAGNIFICIS, AMPLISSIMIS, PRUDENTISSIMIS
EORUNDEMQUE
CONSILIARIO EXCELLENTISSIMO
DE RE PUBLICA, SACRA, LITTERARIA
MERITISSIMIS.



MEMORIÆ GOLIANÆ
AC
LIBERALITATIS
QUA EVERGETES ILLE CIVIS NOSTER
THEOLOGOS FRUI VOLUIT
DISPENSATORIBUS
DE PATRIA, LITTERIS, LITTERATORIBUS
EGREGIE MERITIS
INAUGURALE HOC PERICULUM
PIUS, GRATUS, VENERABUNDUS
DICAT
JOH. LAUR. BLESSIG.



PRÆFATIO.

Pauca sunt, quæ te, æque lector, in limine velim.
Interpretationis specimen a futuro doctore jure tuo
expectas; redeunt enim fere ad hanc facultatem theologi
gravissimæ partes, sive subtiliorem in scholis, sive popu
larem pro concione docendi rationem spectes. Jam locum
ipsum S. S. de quo me differere Ven. Theologorum ordo
jussit, si paulo attentius expendas, fateberis, haud, op
inor, invitus, ita illum comparatum esse, ut huic ipsi fa
cultati exercendæ & explicandæ non defuerit amplissima
materies. At anceps sœpe mihi & salebrosus tristes: nubila
dies! Quæ igitur explorata habui, ratione adstructa tibi
propono. In multis aliis & mihi dictum putavi, quod so
brie sapienterque Quintilianus monet: „Non ad extremam
usque anxietatem, & ineptas cavillationes descenden
A

„dum, quibus ingenia concidi & imminui credo.“¹⁾
 — „Ex quo mihi inter virtutes Grammatici habebitur:
 „aliqua nescire.“²⁾ Hæc virtus nec mihi, ad summos
 licet in theologia honores contendenti, imo ex ipso hoc
 capite minus etiam, deserenda videbatur.³⁾ Defervet
 enim paulatim in virili ætate æstuans illa nil quicquam
 ignorandi impatientia, lubenterque in sententiam *Augu-*
stini concedo, qui de futura forte parvulorum disceptans:
 „Magna, inquit, quæstio! — ut magis *inquisitio cauta*
 laudetur, quam *præcipitata* reprehendatur *assertio*. Ubi
 enim de *re obscürissima* disputatur, non adjuvantibus
 „Scripturæ S. certis clarisque documentis; cohære se de-
 bet humana *præsumtio*“ rel.⁴⁾

Cæterum, ut consilium scriptionis proprius aperiam,
 in atrio commentationis de Davide, deque Veteris Test.
 præstantia, neglectu, perverso usu, meam libere sententiam
 dixi, quod & iis, qui S. S. amore ducuntur, quamvis
 Theologorum provinciæ hand adscriptis, gratæ aliquid

1) *Infl. Orat.* I. 7.

2) *Ib.* I. 8.

3) Quæ Vir Illustris, & de me
 quoque meritissimus HEYNIUS
 in *Parental. Munchhus. Opusc.*
Acad. Vol. II. p. 426. dixit: *Gat-*
tingæ, etiam philosophiae docto-

res dubitare, & nonnulla nescire
ausi sunt — hac longe potiore
jure mihi me vindicare posse reor.
 4) AUGUSTIN. *de peccatorum*
meritis & remissione L. II. C. ult.
Opp. ed. Basil. T. VII. col. 718.

utilisque operæ conferre cupiebam, tum, quia hujus car-
fæ cognitionem a temporum nostrorum ratione haud plane
alienam esse arbitrabar. Interim, qui monui, moneri ipse
emendarique paratissimus sum. Altera sectio criticas curas
habet, molestia haud vacuas: velim nec fructu! — Pars
tertia omnis interpretationi dicata, plura hinc inde complexa,
quæ minime ignota sint iis, quos juvat assidua,
accurata, & pia Scripturæ tractatio; sed nec dives numero
hæc, vel inter Christianos Theologosque, cohors, &
michi purissimæ voluptati erat ire per tot divinæ sapientiæ
oracula, per tot lata pignora benignitatis. In definiendo
legitime sensu verborum, unde reliqua cuncta pendent,
significationum primarias sedes, propagatasque
inde quasi colonias, denuo investigare tentavi ac descri-
bere; non magis in hoc aliis diffusus, quam mihi met ipsi
confusus aut placens, sed, ut quæ vera sint, propria cura
explorando, mea facerem, modoque disponerem eo, qui
mihi videretur aptissimus esse. Substigi intra dimidii capi-
tis spatium, cuius mibi initium tantum Theologi nostri
enarrandum injunxere. Cætera parata sunt, & suo tempore
prodibunt. Errores, quos potui, cavi. Offendes tamen
forsitan abunde. At de hoc genere tu mecum puta, quod
de orco *Ovidius*, quippe

Huc decidimus, quicquid mortale creamur!

A 2

Quod reliquum est, velim te non *ingenio cuncta metiri.*
 Me saltem non piget, non pudet, & in *peccus* demitte-
 re, quæ fugienda, quæ imitanda in hoc, & nostræ vita,
 dramate, insunt. „ Multa laudanda & imitanda in illo fan-
 „ ño reperiuntur viro, si non perversus animus eam scri-
 „ pturam, quæ de illo loquitur, perscrutetur. Maxime si
 „ mente subdita & pia, & plane fideli sequamur senten-
 „ tiām Dei “⁵⁾

5) AUGUSTIN. contra FAU. Baſil. Tom. VI. p. 427.
 idem in libro de *Contra Faustum* Lib. XXII. Operum edit.

SECTIO PRIMA.

ISAGOGLIA.

§. I.

Mira sententiarum circa Davidem diversitas.

Quamvis sat communiter accidere soleat, ut, qui eminenti loco positi sunt, variis hominum ac discrepantibus judiciis, pro cuiusvis aevi, loci, ingenii diversitate, obnoxii sint; singulari tamen, & praecipuo quodam modo in *Davide* hoc suffragiorum dissidium conspicere licet. Qui enim multis publicae privatæque vita, officiisque obeundi, præclarissimum lumen, in pace egregii regis imago, in bello magnanimus heros, cunctarumque virtutum perfectum fere absolumentque exemplar, ac *sanctitatis*, in quam omnis ætas intueatur, quasi *culmen* celebratur: idem ille *Davides*, palam aliis, aliis, qui, qua demum cunque de cauffa, circumspictius agunt, tecte, impurissimus omniumque scelerum contagione pollitus, ferox, libidinis impotens, factus elatus, vindicta, quasi furiis actus, astu se, quin & perfidia, pro re nata, expediens tyrannus audit, qui sive pri-vatum in eo hominem, sive populi rectorem species, sive generum, maritum, socium, amicum, parentem, his cunctis nominibus quovis potius opprobrio, quam vel par-ciffima laude dignus videatur. Atque haec judicij acerbitas variis iterum armis propugnatur.

A 3

◎ ◊ ◊

Quidam enim rem ridiculo acri conficere tentant; fugillant hinc inde Davidis fenza & facta; ludibrio, dicterioris agunt. Genium faeculi, levesque umbras, a Charonte *Voltario* vectas, agnoscis! Alii oppido grandi strepitu classicum canunt, atque in exagitando Davide, virtutis, humanitatis caussam agere, majestatisque divinæ cordatos vindices se profitentur; qui, quam candide agant, quam rerum ipsarum, linguæ, morumque priscorum periti sint, hujus jam loci non est sigillatim excutere.

At nec dissitemus ex altera parte æstum præposterum cerni in permultis Theologis, Davidis in cunctis, in viis etiam suis, tuendi. Ipsi ubivis, hi nusquam, *hominem* vident. Lucentur inter se contenduntque, umbratili quasi gymnasio, uter, vituperando an laudando, suas uberioris queat exserere vires.

Atqui ille nostrum obfirmatus nimium animus, & acrius provocavit maligna adversariorum studia, multisque etiam recte sentientibus gravissimarum dubitationum clam exsilit caussa. Anxio enim & ancipiti animo hi confiditum cernebant *veritatem* inter — interpretationes, puta, temere sumtas, veri specie sibi a prima inde juventa commendatas — & æternas immotasque veri, æqui, boni notitias, quas cum Deus O. M. omnium animis natura patefecerit, in pleniore civitatis suæ perfectioreque codice certissime non migrat. a)

a) Confirmemus hoc, quo constet, nos & in hoste laudare virutem, dicto quodam BAYLII, e quo, ceu plenissimo doctrinæ com-

Plures hinc componendi diffidii viæ tentatæ, ceu totidem ægræ ambigentisque mentis solatia.

Nonnullis religio fuit, in facri Codicis lectione conficios sibi esse honesti justique, cuius tamen imago non ipsorum modo animis obversabatur, sed facris ubique litteris alte impressa lucebat. *Nil* igitur plane, quam *secus*, aliquid comminisci, fatius rati funt, aut faltem tutius esse. Sicque animos despondendo, iustitio quasi rationis colere Deum instituerunt.

Alii, a recto tramite non minus distincti, sed qui meticulosi videri nollent, expedire, definire omnia, & virogram in S. Scriptura obviorum non elevare tantum aut minuere culpas, sed & laudibus impense cumulare cunctos & cuncta cœperunt; quæ ratio dici nequit, quam vanis, jejunis, contortis explicationibus, quas *illustrationes* dicunt, ansam sapientiae præbuerit.

Medium inter haec avia supererat iter, quo incedere poterant, quotquot, sanctitatis Scripturæ adorandique ejus Authoris memores, simul & illud mente recolere vellent, quam remotaæ vetustatis monumenta volverent; nec igitur

pendio, quam ex ipso facri Cod. éter, que dès qu'un homme a eucis fonte, tot elegantes homines part aux inspirations de Dieu, sapere malunt. Ita ille *Did. Crit. V. DAVID*, nota f. fin. On ferroit un très-grand tort aux loix éternelles, & par conséquent à la vraie Religion, si l'on donnoit lieu aux profanes de nous obje-

nous regardons sa conduite comme la règle des mœurs, &c.

In hoc ipso tamen loco quedam ex adjunciarum rerum notionibus se-

verius discerni potuisse facile quis-

que largietur.

aut sibi in commentando, aut heroibus etiam suis in præclaro agendo tribuerent nimium, sed de quolibet, pro suppeditatis cuique veritatis virtutisque mediis & viis exquisimarent: quo adduci eo facilius poterant, cum universæ naturæ analogia edocili, viderent, nec humanum genus uno impetu excoli perficie posse; non omni ex parte fulgere, qui plurimarum etiam macularum expers sit; multa vel in faniellissimis viris diserte in facris litteris improbari; multa iis indulgeri potius, quam laudari in illis; Christi & Apostolorum hanc in rem apertissima extare testimonia; ab infanticia ad justam viri etatem transitum fieri paullatim; hoc ipsum Christianæ fidei immortale decus & beneficium esse; verbo: religionem esse disciplinam, institutionem, educationem, quæ per varios veri bonique gradus ad supremum, cui apta est hominum natura, fastigium, paterna nos & beneficia manu perducat. Ex quo consequens est, ut homines inter, Christo Rege excepto, optimus, absolute, nullus; optimus fit quilibet pro circumstantibus rebus, pro luce, qua collustratur, pro que pia, quam præstat, constanter: hicque ipse intelligens vir, & iusti tenax, ut virtutum dives, sic nec labis omnis immunis erit. b)

Cæterum

b) Eadem hæc promotæ indies lucis imago, quamvis non semper explicata sat, obversata tamen est compluribus doctorum, qui de prærogativis ecclesiæ Christianæ præ Judaica sunt commentati. Di-

gna lectu sunt inter alia, quæ LUD. CAPPELLUS habet, Opp. crit. in V. T. p. 213. 219. 225. 229. Nec dubium est, quin præludentibus carissimis S. Scripturae dictis v. g. Rom. IX. 31. 2 Cor. III. 6. sqq.

Cæterum & illud velim attendi, ipsum hoc & cognitionis & morum per gradus incrementum in sola S. Scriptu-

cunctaque ad Hebræos epistola, ipsa porro rerum planissima indeole permoti Theologi longe plurimi jam pridem hanc communiquer sententiam receperint, ni veterum Hæreticorum, Scholasticorum deinde, novissime aliorum etiam perperam sentientium, errore aut vaga nimis afflata assensui obstatif- fent, quo quippe & id, quod in istorum decretis nimium est, suum fecisse videri poterant.

Notum enim, Valentinianos, Marcionitas, Manichæos, Photianos, Pelagianos, variis de causis, in Vet. Testamenti legem injuriosus fuisse, atque Evangelii laudes ita proposuisse, ut hinc inde quidem rationum conclusio, non vero rationes ipse, ratae haberri potuerint. Cf. inter alias *Titus Böfrenß*, cuius excepta dedicit Cl. RÖSLE in *Bibl. der Kirchenvä- ter*, T. VI. p. 377. sqq.

Scholasticorum quidam legem moralem eam, quam Christus infiuit, effentialiter perfectiorem Mosaica statuebant; quæ omnino, ni severius quid dicere velis, ma-

xime incauta oratio est. Animadvertit in hunc errorem, BUDDÆUS in *Miscell. S.* p. 92. sqq.

Tandem recentioribus temporibus Sociniani, Arminiani, Anabaptistæ, alii, ita de Christo legislatore, & novo legislatore, locuti sunt, ut calculus iis adjici haud potuerit. V. GERHARDI *Loc. theol.* ed. Cottæ, T. VI. p. 132. sqq. In primis Ven. COTTAM ipsum in prolixa annotatione pag. 146.

At his omnibus respondeo verbis HIERONYMI *dial. adv. Pelag.* L. I. c. 9. Opp. ed. Colon. T. I. p. 232. "Aliud est, damnare le- „gem, quod Manichæus facit; „aliud legi preferre Evangelium, „quæ apostolica doctrina est: in „illa enim servi, in hoc præfens „Dominus loquitur; ibi promitti- „tur, hic impletur; ibi initia, „hic perfælio est, &c." Hinc & e nostris Theologis cordatores mul- ti, nil veriti suspicentes aut ma- lignas interpretationes, Novi Fœderis prestantia bona, JESU CHRI- STI majus in nos collatum benefi- cium, lucisque divinae puriorum

ra rite annotari. Quin & ipsum illud antiquioris a nostra confuetudine discrimen in Vet. Test. non celatum, in Novo emendatum, argumentorum pro veritate S. Scripturæ non ultimum est. (V. Ven. LESS de Relig. T. I. p. 251. & passim.)

Hæc jam, quæ monuimus, si in Davidem convertas, judicij quædam inde *moderata mediocritas* nascetur. Non eadem tibi erit *eiusdem*, perperam recteve facti, in *diversis* hominibus mensura. Non miscebis, quæ quam maxime distant. Mecum in Davide suspicies *santissimum vatem*, nec *os* tantum miraberis *grande poëta*, sed *peccatus* etiam *ipso divino spiritu* collustratum veneraberis. Qua regem hominemque, ultro concedes, illum nec regum hominumque, nec saeculi præterea sui penitus effugisse asperitatem, errores; atque hæc sponte fassus, confirmato animo ex æquo quovis arbitrio quæreres, multos num ille principes ciere valeat, ex veteri præfertim, quin & ex recenti memoria, quos omni ex parte cum Davide componat? quæres, num minus beati degerent reges ac populi, si Davidis ad exemplum, justo suos regere imperio, forti claroque præire subditis exemplo, publiceque, si quid humani in se admisissent erroris, inde respicere auderent, atque inter strages pariter ac lauros, rerum fuarum moderatorem

amplioremque usuram palam & professi sunt & venerati. Quos inter COTTA, pag. 153. PFAFFIUM, BAUMGARTENIUM, MOSHEMIUM, RAMBACHIUM aliasque excitat. Cf. & Cl. WOLF de exemplis biblicis. Juvat quoque memoriam hic renovare STÆBERI nostri, cuius de eodem arguento plures extant dissertationes.

• II •

DEUM puro intemeratoque affectu unice vellent ve-
nerari?

Habes, quæ præviam mentis divinationem, in recte
æstimando censu Davidico, dirigere possint. Habes, quæ
genuina mihi & unica videtur Herois nostri dijudicandi,
rationem. Hac nostris diebus permultos quoque uti, quof-
dam etiam abuti video. c)

§. II.

*Fontes, unde hæc de censu Davidico narratio
ducenda.*

Proximum est, ut magnæ illius rerum conversionis,
quæ nobis describenda incumbit, fundum definiamus. Est
ille duplex: *Caput* nimurum *XXIV.* f. ultimum secundi li-
bri *Samuelis*, & *Caput* *XXI.* (vel, juxta aliorum compu-
tum, a Luthero etiam receptum, *XXII.*) prioris *Chronico-
rum libri.*

Alienus jam est ab instituto meo, atque, in testium ido-
neorum penuria, satis etiam steriles labor, in horum com-

c) Egregia sunt, quæ in Biogra- nem *Historiae litterariae & criti-
phia* sua Davidica cel. NIEMEYER, ca Vitarum, quæ de Davide ex-
atque hujus ipsius libri occasione stant; quarum novissimo tempore
cel. DÆDERLEIN monet, *Bibl.
Theol.* T. I. p. 409. sqq. Pluscula
quoque ipse, dum hac in Vita, in-
tuendoque Davide versarer, in
feschadas conjecteram, si forte con-
ferre aliquid possent ad illustratio-

nem *Vitarum*, quæ de Davide ex-
quædam ita confarinata sunt, ju-
nissimam ut censuram docti æqui-
que cuiusvis exultimotoris effugere
nequeant. Dabitur forsitan pecu-
liari dissertatione opportunitas la-
tius hoc persequendi argumentum.

mentariorum *auctores* fusius inquirere. Ab eodemne scriptore quodvis horum voluminum profectum sit, an plures unusquisque parentes agnoscat, temporum sic progressionē locupletatus, haeremus incerti. Longe quidem proprius, a vero posterior hæc, quam prior sententia abesse videtur, cui etiam acutissimi omnis avi scriptores faverent. Illud liquidum est, inscriptions eas, quas jam libris his praefixa legimus, primis temporibus absuſſe, sequentibus ſaepè fluctuaffe, ac recentiori demum ætati deberi quadripartitam illam diuisionem, qua uterque liber in duos denuo distinguatur. d)

Porro & illud probabiliter satis poterit sumi, quod cum hac ipfa sententia coniunctum est, libros hosce, pariter ac commentarios de *Regibus* (aut, ut ipfa ex re commode LXX reddunt, de *Regno*) *Acta* quasi *diurna* & *Imperiū factos* continere, a Vatibus, quorum & hoc amplissimum ministerium fuisse videtur, conditos; (prout, quantum haec componere licet, Romanorum Pontificum Annales novimus esse confessos;) ut ita, quod Chronicis peculiari ratione inditur, nomen רְבָרִי תַּיִם omnibus his libris in genere competere posse.

Præterea, quæ jam nobis in facro Canone supersunt, publicæ rerum Ifraëliticarum memoriae, ex amplioribus

d) Adiri inter alios potest RICHARD. SIMON *Hist. crit. du V. Tœſt.* L. I. c. 8. & SEMLERI *Ap. par.* ad *liber. interpr. V. Tœſt.* p. 113 — 141. Ille magis argu- menta interna, hic ex Christiana antiquitate testimoniorum seriem potissimum exhibet.

delibatae videntur historiarum corporibus Samuelis, Gadi, Nathanis, Ahiae Silonitae, Iddonis & Semajae, Vatum, e) Jehu Hananitae, f) Efajæ Prophetæ; g) ad quos quippe autores diserte, ceu fontes, provocant ii, qui breviarium historiæ nobis exhibent. His & prolixiores quidam libri Chronicæ tum regni Judæ, h) tum præcipue regni Israëlis, i) diaria forte etiam singulorum aliquot regum, ut Salomonis, k) addi debere videntur; nisi haec cuncta, aut horum aliqua, cum commentariis vatum, quos modo excitavimus, eadem esse statuere quis malit, quæ anceps in utramque partem, nec compositu facilius quaestio est.

Plura non addo de his Ephemeridum conditoribus, aut regni historiographis, (מִכְרׁוֹת) quorum plerique publica, quidam forte & privata auctoritate hanc in se provinciam suscepserunt, cum eruditorum hominum studia in hoc loco ilustrando collata l) non possint latere eum, cui persuasum

c) V. I Chron. XXIX. 29. 30. regni divertium, & illa tantum II Chron. IX. 29. Cf. II Chron. priora exhiberi XII. 15.

f) II Chron. XX. 34.

g) II Chron. XXXII. 32. V. Ill. MICHAELIS ad Efaj. XXXVI.
h) I Reg. XIV. 29. XV. 7. 23.
i) I Reg. XIV. 19. XV. 31. XVI. 5. & aliquoties in eodem capite. Notum est in fronte statim versionis græcae distingui Chronicæ regum Judæ ab Israëliticis post

k) I Reg. XI. 41.

l) Ad manus plerisque erit CARPOVII Introduçio & CLERICI Commentarius in lib. hijs. V. Test. quorum alter alterum temperare poterit. Ill. MICHAELIS porro in notis ad haec ipsa loca multa exquisite monet. Selectas aliorum, suis interperetas, annotationes HETZELII etiam, v. Cl. commenta-

est, decere Theologum graecarum latinarumque litterarum notiam, sed potissimum eum decere, qui tamen paucis arridere videtur, hebraicorum monumentorum non proletarium, non sic fatis tralatitium usum.

Illud in transitu moneo, parum plerumque præsidii parallelis illis locis inesse, quæ solent biblicæ orationi in his libris subjici, cum aut loquendi solum formam, alibi obviam, ostendant, aut ad loca amendent, quibus res eadem, nec plenius tamen, continetur, (exceptis iis, quæ de Assa, *II Chron. XIV.* & in genere de Davidis stirpe memorantur;) quin interdum ne inest quidem id, de quo queritur.

Nostra jam proprius ea deliberatio refert, quæ ratio, qui habitus sit horum ad se invicem commentariorum? de Samuelis loquor & Chronicorum libris; uterque enim tri-
fite illud Davidis factum recitat. Atque hujus quæstionis solutio multum ab illa denuo quæstione pendet, uter horum historicorum alterum antiquitate supereret?

Superabit autem, indiciorum non levium fide, liber, qui Samuelis dicitur; quod non tam ex nomine Chronicis

rius exhibet. Alium præterea, & p. 354. in quem locum commen-
tarii sunt RICH. SIMON & DUPIN.
mox excitabo. Vero simillimam de Sed jam fatis est citationum! nec
his libris sententiam propouisse fere audeo foriti huic addere Na-
michi THEODORET. videtur *Præf.* TAL. ALEXANDRUM in *Hist. Ec-
cles. V. Teſt.* ed. Bing. Tom. III.
ad Quæſt. in L. L. Regum & Pa-
ralip. Opp. ed. Schulze, T. I. p. 164.

apud interpres græcos tributo, m) neque etiam ex loco, n) quem Paralipomenis assignarunt doctores Judæi, demonstratum cupimus, quam ex tuthoribus signis illis, quæ scriptis ipsis inherent, unde critica non divinatio tantum, sed scientia aliqua duci queat.

Atque in hoc internorum, quæ dicuntur, criteriorum lucida accurataque analysi, otia fecit eruditis, & facem nobis posterisque nostris accedit cel. EICHHORNIUS. o) Ostendit ille numerorum rationem (*Darici enim, quæ senior Perfarum moneta est, occurunt I Chron. XXIX. 7. conf. ill. MICHAELIS Spicileg.) & orthographiam p)* & verba multa,

m) Παραλιπόμενα, præterita, prætermissa! Inscriptio non sat commoda est. Quamvis enim hinc inde omnino quedam suppleantur, sèpius tamen non tam refarcitur, quam nude iteratur historia, multa etiam plane omittuntur. Hinc *Cedrenus*, ut diversam hanc libri indolem græca tamen inscriptioni aptaret, ad lufsum etymologicum confugit; *ai παραλιπόμενα, inquit, τὰ λάτωσι — παραλιπάνονται*.

Mirum ceteroquin est, constans tamen attento lectori apparebit, illud phænomenon: *brevitas* summa utriusque commentarii in locis ubi congruunt; & *inxpectata prolixitas*, ubi aberrant.

n) Quem ultimum esse in Canone, constat; & antiquissimis jam temporibus, atque omnino ante Christum natum, hancce jam obtinuisse distributionem, ex eo etiam commodissime collegere multi, quod ipse Servator noster, Matth. XXIII. 35. justorum virorum multivarias cædes Judæis exprobans, ex Genesi Abelis, ex Chronicis Sacharie, & sic primum ultimumque in monumentorum serie exemplum delegerit. Majoris hinc multo ponderis hoc, quam superius argumentum conferi potest.

o) *Einführung ins A. Test. T. II.*
p. 529. sqq.

p) Scriptioni plenæ nominis

& ipsas interdum notiones, atque de variis eventis *judicia*, quæ in Chronicorum libris occurunt, seriorem hujus libri ætatem declarare, q) quin nec illud similitudine veri carere, quod a Chronicorum auctore liber ipse Samuelis citetur. r)

In his omnibus EICHHORNIUS judicandi illam solertiam, criticamque *λογικας* prodit, quam in eo cuncti suspicimus. Nec minoris mihi pretii est ingenuus ille animi candor, qui in doctissimo quoque semper fuit maximus; quo minus sat eri ambigo, subveritum esse me, ne iusto citius in hoc negotio argumentis quibusdam usus sit Vir celeberrimus, quibus nec res ipsa, ad hunc saltē scopum obtinendum, penitus indigeat, & quæ videri possint ex eo genere desumpta esse, unde *circulus* potius in demonstrando, quam demonstrationis *robur* oriri folet. Ex subiecta nobis materia petamus exemplum.

Sequorem Chronicorum ætatem inde etiam adstruit EICHHORNIUS, quod antiquiores loquendi formas in *recentiores* hic commutatas esse videamus; (p. 534.) unde ex duobus narrandi modis, quos inter optio datur, Chronographus semper præferat illum, qui factum idem sui facili interpretatione vestit; s) in cuius rei documentum Vir cel. aliquoties utrumque caput, de quo nobis queritur, affert, atque

- ר' pro quo in *Sam.* semper est medium constanter deest.
 ר' hoc in genere persimile est in q) V. p. 541. 640.
 ipso loco nostro מ' *Chron.* r) p. 553. 642.
 XXI. 23. In *Sam.* enim י' illud s) V. p. 533. 534. 640. sq.

atque non solum inter: *iraicitur Deus*; & *Satan incusat*; nullam nisi temporis, quo quavis locutio ufu fuerit, differentiam esse afferit, sed ex hoc ipso etiam temporum genio angelum perditorem, cœlum inter terramque visum, & sacrificium igne cœlesti absuntum, tanquam additamenta, interpretamenta, ornamenta Chronicorum exilio Babylonico juniorum siflit; quaæ quidem is jure f:ō ponet, cui aliunde jam persuasum & demonstratum est, doctrinam de angelorum, etiam malorum vi & efficacia, *Chaldaæ soli* debiri, quæque commemorantur citatis locis miraculose gesta, aut ex eadem regione derivatas notiones, aut medio quoque & quam maxime pedestri sermoni intexta subito poëeos fragmenta esse: quaæ, ut hinc inde, ubi peculiaribus contextu signis hoc declaratur, libenter concedam, in hoc tamen ambitu posita aliquanto audientius illata mihi videbantur, præcipue cum hac ipsa, quaæ cidentur, loca simul & seriorem scriptoris atatem, atque etiam juniores, Chaldaicam, notionum originem vicissim demonstrare debeant; quam veniam si mihi fumerem, qui præter ea Christianus homo, cacodæmonem nec extimesco, nec interpretando anxie ex sacris tabulis averrunco, viderer mihi gyro haud absimile quid commissurus. Sed de his uberius differendi infra nobis nascetur occasio.

Cæterum nemo sagacius EICHORNIO, nec plenius docuit, & volumen Samuelis posterius & Chronicorum prius *vitam* exhibere *Davidis*, ita tamen, ut illud magis res regis *priyatas*, hoc *publicas* emaret, illud *regem* potissimum, hoc

C

regnum describat. Multa hinc silent Chronica, domesticas Davidis rationes & vicissitudines spectantia, quæ prolixè narrantur ab alterius libri Samuelis cap. XIII. usque ad XXI. Redit annualium consensus in lue propter Gibeonitas exorta; mox interrupitur pæane, quem ob hostes devictos Davides celebrat, qui extat in Samuelis libris, abest a Chronicis; concordant denuo, dum uterque de censu nostro Davidico refert. t)

§. III.

Momentum hujus de censu disquisitionis.

Illustris MICHAELIS, cum anno 1758 Göttingensi scientiarum Societati suam de censibus Hebræorum commentationem offerret, antequam ipsi se negotio accingeret, oc-

t) Ingeniosissima conjectura Vir cel fontem utriusque reationis, antiquissimam quandam, ipsi forte Davidi coævam, *Biographiam ejus succinēlam* fuisse suspicatur, cuius, quæ in Samuele & Chronicis discrepantia transparent exemplaria, nova quasi antiquioresque ejusdem vite sint editiones. Quam sententiam si in medio etiam relinquas, & ab assentiendo negando que te cohibetas, ejus tamen ful turam & veri quasi suspiciones ab Eichhornio collectas non sine fru-
ctu leges: quanquam vel hoc modo, & quidem hoc modo in primis, numerorum series tam frequenter tamque aperte secum pugnans mira videri possit. Nodum hunc interim eo modo, eaque fiducia, quæ in Cl. HASSII *Idiognom. David.* p. 80. de calce librorum Samuelis apparet, solvere non ausim. Mihi mag's ejusdem eruditii viri dubitatio placuit, quam in exordio ejus annotationis ostendit: *Lange war ich im Zweifel, ob mein Gefühl richtig sey, &c.*

currendum esse existimavit importunæ quorundam quæstionis: cui nos usui res tante antiquitatis scrutemur? u) Idem & mihi arbitror esse faciendum; quanquam enim *præscripta* mihi, non ex circumspicientis libere animi arbitrio selecta sit haec differendi materies, tamen & mihi, &, si quos nanciscar, lectoribus, inamabilis foret, qui omni utilitate orbus effet labor.

Neque tamen anxie jam in dotibus hujus loci perquirendis aut magnifice exornandis desudabo, mihi alisque nequicquam fucum facturus. Quod sentio, quod res est, aut esse mihi videtur, proferam ingenue.

Ac universe quidem, media in levitate naufragantis fasciuli nostri (nec hoc de more, aut ex decoro Theologi, sed ex intimo fenu profiteor) nulla mihi pœnitenda videtur opera, qua sit in S. Scripturae indagatione collocata; licet pœnitere multos rationis illius possit, aut male fedulæ, aut nimium confidentis, procacis, a linguarum morumque veterum cognitione derelictæ, qua ipsi in facro hoc stadio decurrunt, vel cespitant & hallucinantur.

Nec *Veteris Testamenti* particulam illustrandam, quasi forte delegatam provinciam, mihi obtigisse, ullo me modo tædet, quippe qui in hac firmiter hæresi dego, male eum de operis complemento & perfectione statuere, quem operis elementa, origines, incrementa lateant; ex qua ipsa

u) V. Joh. Dav. MICHAELIS *Scient. oblatas*, A. 1758 — 1762.
Commentationes Societat. Reg. pag. 12.

infiditæ prioris voluminis *theologiciæ* tot in alterum intemperative interpretationes semper manarunt & manant hodiernum.

Veteris Ecclesiæ doctoribus, dispari licet fortuna, & unde peterentur, & quo collimarent, præsidia, atque igitur utrumque Instrumentum facrum, in ore, in manibus erant, ut ex eorum commentariis liquet. Recentior hæc perversitas est, ut vilesceret politis ingeniiis Moses, ut civitate sacra tantum non abigerentur Prophetæ, Novique Testamenti tabulæ unice, ore faltem tenus, retinerentur; cujus rei variæ variis extiterunt cauſæ, è quarum numero torporis & desidiae apud vulgus Theologorum honestum præfamen non est cur expungas.

Ex hac jam dignitatis dimatione viator paullatim emergit hebreus Codex. Usurpatur. Tentatur. Verum & conjecturarum omnium meta evasit. Feracissima verissimaque notione, quæ a prisca lingua genio ducitur, inepte multi abutuntur; utque *hominibus* aptiora sint cuncta, horrore miraculi, quicquid *divinus* videri possit, orbem humi nostrum vertere jussum. Antiquatas vides pristinas interpretandi leges, quod fit saxe jure eventuque optimo; sed jam apud multos nullæ fere obtinent. *Allegoricus* morbus in *poëticum* versus. Evanuit fere omnis ex Scriptura communis, trita, pedestris oratio. Omnia plena vides hymnorum, odiorum, dramatum, lyricorumque fragminum. Sic, quæ a fummis viris, ubi res tenorque sermonis suadebat, feliciter certoque iudicio posita sunt, a tot aliis poëtice satis

licenterque singuntur. Dabit Deus his quoque finem. Sedabuntur hi æsus, dispulisque & pristina & recentissima nube, purius lumen fulgebit; quod nostris quoque expecte votis, nostra non impidire opella, quid obstat? quid vetat?

Jam hoc in vastissimo rerum ambitu ut arctiorem nobis orbem describamus, *Davides* is est, regni publicus *census*, instigator *Satan*, horrida *lues*, ministri *angeli*, *pia-culi* procuratio, solenne, cui Deus annuit, *sacrificium*, augustissimique *templi* sic designata sedes; alia præterea dicta & eventa, quorum aliqua & inter se ipfa pugnare vindentur.

Tale autem tamque multiplex argumentum, ut molestia non vacat, & cautione eget non una, ob interpretum præterea infinitas dissensiones colligenti tedium creat, feli-genti ad lucemque tendenti renacentes semper tenebras offundit, sic nec illud quisquam negaverit, uberem esse materiam, qua gravissimas aut complectatur aut contingat quæstiones, quo inter alia, illustris etiam locus de *Provi-denlia*, ex mente Hebræorum, potest referri.

Ipsa igitur *varietas* lenire fastidium poterit! Ex eo porro capite apta res temporibus nostris, quod hinc curiosorum quorundam avida & irrequia rerum naturarumque invisibilium sciscitatio, illinc decretorii aliorum sibi placentium cachinni, census Davidici retræctionem plane superfluum esse non finant.

De censu ipso hoc unicum addo. Institutum hoc, quod quisque non innoxium modo, sed & utilissimum esse pronunciabit rebus publicis, quarum quippe salutifera administratio ex *affluentia simul & facultatibus* civium censenda est, (unde *politica illa Arithmeticæ exfurgit*) hoc itaque optimum institutum, cum saepe adductum in invidiam fuerit, armis ex ipso Davidico censu petitis, quem detorquendō, cavillando, cum erroribus suis in concordiam cogere aut insciī aut malitiosi homines laborarunt, x) nec sibi nec magistratibus operam perdet, qui locum hunc ex fonte repetat, & quamvis parum fortasse novi, multa tamen haud infructuosa proponat.

§. IV.

Ordo dicendorum.

His præmonitis, age, jam pelago nos demus. Cursus, quem tenebimus, hic nobis esto præfinitus. Quacunque

x) Atque hoc non de superioribus tantum faculis, sed & de recentissimis nostris temporibus valere, documento inter alia esse potest legatio a quodam Hungariae Comitatu Vindobonam ad Cæstrem, qui regni illius censum (*conscriptionem*) indixerat, instructa, quæ censui illi intercedere nisa est, exemplo propofito Davidis, quem Deus, ex hac scilicet causa, gra-

vissima afflixerit poena. V. *Hamburg. polit. Journal*, 1784. Dec. p. 1293. Eadem calumnia & male personata pietas anno sequenti in Belgis repetita est a concionatore, qui, Davidis facinus allegando, abserrere magistratus a civibus coloniisque armandis sustinuit. V. *ibid.* 1785. Januar. p. 87. Cf. præterea MICHAELIS l. c. p. 13. & *Mos. Recht*, T. III. p. 198.

in re, quæ in facto posita est, ad facti ipsius accuratam notitiam, id vero est, ad disertum testimonium, ante omnia respicere par est. Igitur & nos, huic obtemperando legi, narrationis, qua est de Davidico censu, fedem ante omnia lustrabimus. Duplicem esse vidimus. Contendemus utramque, discriminis habita, redditia, ratione. Tum demum ad singularem rerum contemplationem pergere juvabit, perque partes eundo, præcipua rei gestæ illustrare momenta, de interpretum clariorum dissidiis monere, bona caufæ argumenta non bona notare, genuina præsidia evolvere, & sic, quam poterimus lucem scenerari imposito nobis argumento.

Erit igitur omnis nostra de censu Davidis disputatio in duas partes descripta, quarum prior textus *constitutionem*, posterior ejus *illustrationem* habebit. Dubiis vexatis, controversiis illustribus, disquisitionibus uberioribus, quas SEB. noster SCIMIDIUS *questiones*, recentiores interpres *ex cursus* vocant, alias forsan, si ita commodum videatur, dicabitur dies.

SECTIO SECUNDA.

CRITICA.

TEXTUS CONSTITUTIO.

I. Consilium suscepæ collationis critica.

Locus, quem in manibus habemus, *historice* totus provinciæ subest, nec in singularis cujusdam aut præcipua ve-

ritatis occupatur indagatione, quæ quasi articulum corporis nostri doctrinalis efficiat; quamquam omnino cum locis quibusdam Theologiae sit ille conjunctus. A rebus gestis omnia pendent. In verbis parum inest difficultatis. Omne fere discriben ab eventis manat.

Vitandam igitur esse ratus sum anhelantem illam & minutulam diligentiam, quæ ne apicis quidem, aut fuleri ullius, matrisque lectionis, sive præsentiam, sive a quodam codice exilium, silentio transmittere queat. Alienæ hæc a consilio meo, & ambitioſa potius jactationis, quam veri ad illustrationem præfidii forent.

In varietate igitur lectionis *selectum* inivi. Ex sylva aberrantium ſcriptionum, quas KENNICOTTUS, ROSSIUS, alii, fitunt, ea maxime delibavi, quæ *sensum* propius tangunt.

Eadem mili legem & in *versionibus* consulendis dixi, in quibus hinc veteris lectionis, illinc & oscitantæ, interdum, quod annotasse non pigebat, propriæ interpretationis, & sic *antiquorum scholiorum* vestigi deprehendi.

Postremum hoc genus non tam criticas copias, sed hermeneutices tamen historiam, non contemnenda acceſſione auget; atque opera pretium foret, talia, tanquam fragmenta annalium exegeticorum ex Criticorum operibus decerpere, atque ex ſæculorum regionumque ordine disposita interpretum uſui propiori dicare.

In græcis verſionibus aliquanto accuratiuſ versari placuit, tum, quia & patentior plerisque; interdum & magis turbatus ille fons eſt. Amplis hic ſemper ſpicilegiis locus. JOSEPHUS PHUM

PHUM confului, Origenianas reliquias, & ad Byzantinos usque mihi exspatiandum decrevi, ut sic, tum alia inter legendum lucrificarem, tum græci textus propaginem, immitationem, variæque recensionis quasi traditionem penitus indagare possem; cuius me confilii haud pœnitet. Pœnitet potius, quod omnis meæ vita ratio, forte & ingenii indoles, exiguum mihi spem faciat ejusmodi telam ad finem pertexendi. Monere tamen alios, hinc rebus aptiores, atque hortari ad opus alacriter fuscipiendum, licebit.

Tandem & HIERONYMUM, quod par erat, adii, & anterieronymiana Italicarum versionum fragmenta. His per transennam hinc inde quædam adjeci ad illustrandam aliquo modo textus orationem.

Enatum hinc sequens aedificium. Capitis utriusque verio latina e regione fibi respondens in principiis paginarum comparet. Cel. DATIUM, veterem meum humanissimumque præceptorem, in multis fecutus sum. In aliis diversus abii. Orationem, quæ omnino, ex nativæ latinitatis indole, obliqua narrantis esse deberet, quibusdam locis in *reclam* converti; tum ut lectoribus meis de hebraici sermonis ratione constaret luculentius, quod & Ill. MICHAELIS fecisse video, tum ut ne nimis ab hac liberiori sensus declaratione veterum interpretum versio distaret, qui, incisis quibusdam exceptis, plerumque verba sat anxie verbis appendunt. Hanc versionem *varietas* excipit *lectionis*, prius ea quam *Orienti* debemus, hanc pone *græca* sequitur, tandem *latina*. Claudit agmen *annotatio*.

D

v. I. Rursus Jehovah ira in Israëlitas

VARIETAS LECTIONIS.

Libere hic Arabs: *In aliam inciderunt Israëlite calamitatem. Nam s̄evente in eos ira Domini, efficit occasionem* (שׁבָבָב sababon), cuius vocis vis latiflume patet,

ANNOTATA.

Ad II Sam. XXIV. ¶ 1. Jehovah ira accensa Veteres scriptores convertendi ratio cum duplex sit, altera, qua orationem & textum continuum, altera, qua ipsos conceptus, qui varii apud varios sub verbis iisdem littere posunt, in recentius transfundimus idioma; prius in textu fecimus, servato, quantum potius, nativo styli colore; posterius, ubi opus videbitur, in notis tentaturi.

Ira igitur metaphorā, *indignationis, æfus, displicientia*, quod neminem sane lateat, hoc tamen loco præcipue attendi meretur, resolvenda in notionem *pænae*, quam aut lauit homines, aut saltem merentur. Translatum quasi ab *imagine ad sensum subiectum* habes, inter tot alia exempla, in phrasē Paulina: ἐπειδὴν ἦρν; Rom. III. 5. Qui enim de ire illatione loquitur, certissime cogitat de *pæna*. Sic ibid. IV. 15. ἐγὼν κατεργάζομαι; adde Cap. IX. 22. XIII. 4. Cet. Sic τὸ δίκαιον παῖς Θεός

(II Theſſ. I. 6.) punitiva Dei *justitia*, patetſcit. Cf. Interpretes ad I Theſſ. I. 10. Et remanet ad noctis usque tempora antiquissimi tropi vespigum in *vindiſia publica*, (*Blutrache nostris*) qua decernere in flagitiosos homines dicuntur magistratus.

Dignum est, quod in hanc rem conferatur, Scholion, (e CHRYSOSTOMO in *Pſalm. XLIX.* defumtum) quod bis extat apud *Syndam*, voce ἀβέσσαι, fin. & ἡμίζην.

Sensus itaque est: Immorigeram seditionis famique gentem fevera coértere poena Deus, Israëlis Rex & Moderator, decrevit. Irratus fuit illis, (quod commode Patres multi annotarunt) ut filiis immorigeris pater. Ex hac *legislatoris punitiva, patris emendatrice, disciplina* jam in sequentia omnia pendent.

Rursus accensa Hieronymus Quæſt. Hebr. in L. L. Regum, II. 24. T. I. p. 402. cauſam ire repetit ex facinore in Uriam com-

I. CHRON. XXI.

V. I. Adversatus est Satan Israëlitis,

VARIETAS LECTIONIS.

Orientalis Interpretes satis consonant.

Parum etiam dissidii in Græcis. Pro ἔτη διάβολος ἐν τῷ
τσεὰλ, COMPL. ἀνέτη σαταν ἐπὶ Ισραὴλ. Sic & bis THEODORET.

ANNOTATA.

missō, quem propferea in capite præcedenti extremum locum occpare putat. Nūmum subtiliter! cum ne unica quidem vocula hic nēxus indicetur, nec supra, cap. XI. XII. ejusmodi quid moneatur, cum porto ut ipse obseruat Hieronymus, de ultione hoc loco agatur a populo magis quam a Davide repetenda, quod in illud flagitium non cadit, & tandem, quia delicti hujus disertam pœnam Davidi (II Sam. XII. 11.) comminatus fuerat Deus, quam & ille expertus est. Hæc posterior ratio ABARANELIS est, in Diff. ad h. l. Joh. BUXTORFII filii Diff. phil. theol. annexa pag. 483, qui quendam ex Chriſtianis ita sensisse dicit, ipsum forte innuens Hieronymum.

Alii novam iram ex nova seditione Seba filii Bichri (II Sam. XX.) derivant; quam fententiam ingeniose tuerit Abarbanel l. c. Sed inter alia obſtare potissimum videtur v. 16. līq. quibus supplicio Sebae motus omnes sepulti narrantur. Alii, & inter Judæos jam

Rabbi Levi Ben - Gerson ex Saulis facto derivant, cap. XXI. unde fames per triennium.

Nos, in hoc factorum a nostro ævo moreque intervallo, monumtorumque particularium defēctu, audeamus & hoc ignorare, & cum R. Salomon apud Abarb. p. 481. pronunciare: *neſcio cur hoc dicatur!* præsertim, cum locus paralitus in Chronicis ejusmodi nēxum nullum offendat, ipfumque hoc נסיך ut & Novi Test. נזיר, נזרו, מזרע, &c. transſum narrationis universe, nulla, ex artis historica recentioribus regulis, definiti temporis spatia notet. Eandem vere causæ ignorantem, non quidem præferunt, sed facile produnt, qui *ob delicta occulta immisſam cladem arbitrantur.* Nota ea, ac palam teſtata ſuſſe, ipſe pāne conceputus poſtulare videtur.

In Israëlitas) Hac ipſa prævia narrationis parte ultro diſpeſuntur nubes, quas multi fibi ipſis h. l. offundunt, clariflīmeque, quod

II SAM. XXIV.

accensa. Instigavit hinc in eos Davidem;

VARIETAS LECTIONIS.

& ansam, caussam, nexus quemcunque designat) puniendorum eorum Davidem; atque id quidem, dum infecit in cor ejus, ut recenseret numerum eorum, dixitque &c.

ANNOTATA.

cum aliis Cl. PANZER ad NELSONI Bibl. Antideiſt. h. l. monet, ipſo hoc capitū lemmate ostenditur: Numinis iram ſive poenam non cauſam, ſed effectum fuſt peccati. Scilicet ob inſignem aliquam prævaricationem Iſraēlitarum, in eos animadvertere Deo Iuſto decretum eſt.

Infrumentum vindictæ & occafio fuit Davides. Id ipsum egifc, ad id ipſum excitatum fuſt di- ceras Regem, ut ita populum premeret calamitas; tam arctus fuit, incio liet & invito Davide, even- tuum nexus! Nec tamen ille propter ea culpa vacat. Qui numeravit, & qui numeratus fuit, rex æque ac populus, ut delicti non intonteret, ſic nec animadversionis expertes fuere. cum altero & per alterum uterque fuit caſfigatus. Enimvero malefactis populorum domini maefacta, & vicifim, penari, puniri, quem non & Scriptura docet & experientia?

Ex hac tam aperta, tam non contorta notionum conſecutione ſimil patet *populum* potuisse plecti ob delictum, quod regis folius elle-

videbatur, eundemque populum omni crimen vacuum declarari a rege. Velim' cum hoc loco accurato, inter alia, contendit II Chron. XXV. 20.

Ifi aëlis & Judeæ Obſervat Cl. EICHHORNIUS (*Einleit. ins A. Test. T. II. p. 534.*) ſerioris etatis eſte hanc locutionem, quam illam, ſolius Iſraēlis mentio fit; diſceſſum quippe jam ſic imperium innui.

Codices interim omnes & verfiones conſtanter ſic referunt; & Samuelis hos commentarios etate cæteros anteire, ſupra poſuimus. Glosſema igitur ſi hic fuſpicari ve- lis, longe illud antiquissimum exiftimes oportet; cuius quidem rei aliunde etiam adducuntur exempla, ſed qua noſtro loco haud apta videntur, ſi eum cum capitū noſtri verſu 15. & 16. conferas, ubi peſtis, per Iſraēlem graſſata, Ju- dam Juæue caput, Hierofolymas pertinens, diferte inducitur. Imminens igitur utrique imperii parti per cenfum calamitas in antecellum jam, inque narrationis limine indicatur.

I CHRON. XXI.

& Davidem instigavit, ut eos numerari

VARIETAS LECTONIS.

p. 450. Loco *וְאֵת*, COMB. *וְאֵת*. THEODOR. receptam
ANNOTATA.

Sed & ipsius locutionis (*Israël*
& *Juda*) antiquior jam Davidi-
que coevis usus perspicue patet
ex II. Sam. XIX. 40. sqq. ad fin.
quoniam longe altius ejus origines re-
peti posse, facile omnibus perfua-
debitur, si infaustant illam ac le-
thifera regno amulacionem cogi-
tare velint, qua toties inter se tribus
Jude & *Ephraim*, *Israëlis* an-
tefignana, exasperant; qua de con-
certatione Interpretes exponunt ad
Judic. VIII. 1. XII. 1.

Ex professo hoc argumentum
(quod librorum historicorum V. T;
Psalmarum item complurim clavem
dicere possit) exornant VER-
SCHUT in *Nova Bibl. Brm.* cl. II.
fasc. I. p. 68. sq. & MICHAELIS
in *Mos. Recht*, §. 47. Tom. I.
p. 232. sqq. Hujus diffidit jam sub
Judicibus semen, sub Davide ger-
men, sub ejus tandem nepote lu-
ctuosissimus fructus rempublicam
Jacobidarum affixit. Tam diutur-
nae concertationis cur non & in
ipsa *Israëlis* Judgeaque denomina-
tione grammaticum jam extare vesti-
gium existimaremus? præfertim si
Judgeæ tribus numerum, robur,
principatum, situm, promissa, co-
gitemus.

I Chron XXI. ¶ 1. *Adversa-
tus est* שָׁׁבַע Stetit contra Is-
raëlem, hostiliter sensit, egitque.
In hoc ipso verbo atque sequenti
תִּתְחַדֵּשׂ plurimum ineft momenti ad
genitum omnis huius historie in-
terpretationem. (Interpretationem
autem dico, que non a temere
sumis ordinatur, non ex philoso-
phumenis historiam fingat, refin-
gat, nec ex compendio ullo doc-
trina, velut a priori, veterem
emendet memoriam, sed que res
obvias ex verborum usu & evicta
potestate; facta ex testimoniosis, ut
philosophia decreta ex rationis
conclusionibus evincat.) Consentaneum
itaque duxi, paulo accura-
tius horum verborum investigare
significationes biblicas, ex con-
juncto, tum usus, tum connexæ
orationis, fonte manantes. Jam
extantiores verbi יְהֹוָה acceptiones
sequentem mihi obtulerunt notio-
num seriem & quasi genealogiam.
Verbi שָׁׁבַע, quod Arabibus quo-
que a fulcro, & *sustentatione* cum
variis adjunctis dicitur, primariam
tempore, vulgataque standi no-
tionem idcirco anno, ut mihi
inde (cum abstracti sensus, in
conceptum nostrarum serie, princi-

D 3

II SAM. XXIV.

cui, censem age, inquit, Israëlis & Judæ.

VARIETAS LECTIONIS.

Paraphrastice igitur *Arabs.* Contra preesse omnino *Targum.* Interpreti *Syro* convenit cum hebræo textu. Restrictiori igitur sensu (quod ex aliis etiam locis patebit) intelligendus ill. MICHAELIS, qui in append. ad *Orient. u. exeg.*

ANNOTATA.

esse nequeant) aditus pateat ad simplicissimam & patentissimam significationem, qua est: *extare, existere*, naturali, proprieaque omnibus fere populis usurpato tropo; hinc & apud Hebreos sibi substituuntur עבר & נגָר. Sic in ipsis capitibus nostris eo loco, quo mentio fit angeli perditoris ad Aravnæ aream conspicui. V ap. Sam. v. 16. in Chron. v. 15. Accommodate hinc LXX *Ezher* IV. 14. per עבר (ut בְּפָר frequent.) & I Chron. XX. 4. per זֵבֶח redditum. A stante jam derivatur notio *jurgendi* v. g. e humo, a genibus. Dan. X. 11. עֲבֹרִיו מַשְׁעָד tremebundus licet, *Jurresci* tamen; quo sensu sepe פִּנְמָן, צְמָן & בְּמָן occurunt.

Jam pro diversitate præpositorum, qua nominibus adjunguntur, (hac enim solum ratione composita extare in linguis orientalibus verba novimus) mirum in modum variat ipsius verbi potestas; quod tamen non magis mirum tibi

videbitur, quam quod apud Latinos ab eodem verbo jungere, & coniungere ducatur & sejungere, &c. עַבְרָה dicitur & copiis adyferaris, Dan. XI. 14. it. v. 15. ubi bis eodem sensu idque sine præpositione occurrit. Dan. X. 13. constructum est cum נַגָּר quod ipsum v. 20. per הַלְּוָתָם exprimitur. Versu ejusdem capituli 16. עַבְרָה לְנָגָר est stare ante faciem alieujus, in conspectu. נָגָר enim viciniam notat, adspectum, proximatatem, quounque modo vel fine, sive inferno animo sive amico. Posteriori sensu פִּנְמָן ponitur Dan. X. 21. & cum פִּנְמָן nostrum ibid. C. XI. 1. Quo ipso sensu Paulus suoshortatur: ἀνατρέπεται, II Theff. II. 15. I Cor. XVI. 13. verbo aperte ab acie militari petito, ut עַבְרָה seipsum; v. g. Jud. II. 14. Ezch. VIII. 11. IX. 16. &c. cui inde junguntur il. cc. οὐατίν, αὐθίζεσαι, καταπισθεῖν.

In promptu jam est ex his colligere, qua cogitationum proges-

I CHRON. XXI.

juberet.

VARIETAS LECTONIS.

h. I. lectionem tuerit; sed dum iterat hunc versum in commentata.

sione יְהוָה fit *confidere*, & quidem primum in genere, vel de rebus *inanimatis*, v. g. de aqua in montem quasi acerata, *Jos. III. 16.* de sole & luna ib. X. 13. hinc & in derivatis substantivis & particulis v. g. de *fugittis* corpori infelix, *Job. VI. 4.* (v. SCHULTENSII Orig. *Hebr.* p. 90. §. 27. & *Comm.* in *Jobum* pag. 169. addi potest *Gen. III. 12.*) vel de *hominibus*, *perfidare*, *perfidere*, firmiter adhaerere rei, fidentiae. Sic *II Reg. XXIII. 3.* ubi verbum nostrum in capite & calce verbus occurrit, illic simplici, hic emphatica significatio, promilli flare, foderare flare, hinc in *N. T.* ducta locutio, *אַתֶּן* εν καρπι, *Rom. V. 2.* *I Cor. XV. 1.* εἰσθετε, unde novum nonnullum verbum εὐλόγων formarunt, a quo effter εἰσθετε. Nos jam non de forma, sed sensu, solliciti in εἰσθετε εὐλόγων, *Luc. XXIII. 10.* quod liberum patimur plusquamperfectum esse verbi εἰσθετε, *obfirmatissimum* animum, & constantiam, eamque vel *nimirum*, perspicue cernimus; (ut nostri: *auf etwas bestehen*, derivataque hinc aliae locutiones: *ein Gut*, *Land*, *Haus bestehen*; antiquitus: *ein Abenteuer bestehen*; &

peculiariter idiotismo: *einen Kauf bestehen*, &c.) . Dictioni, γένεσα εν καρπι, aperte opponitur της καρπος εἰσθετε. *Gal. V. 4.* Hancce confiantia fiduciani invictumque robur compositum quoque verbum εὐλόγων referit, in dictis *PAULI ad Coloss. I. 17.* πάντα εν αὐτῷ συντίθενται, in eo (Christo) confidunt, sustentantur cuncta. *Confidendi simul & permanendi*, (*perfidendi*) igitur notiones hie cernis conjunctas, quod & τέλος εἰσθετε perfusatum fuit qui יְהוָה haud raro per μετανοεῖν, παραμετανοεῖν exponunt, eodem sensu ut v. g. *Hebr. I. 11.* Sic de Mellia, *Michæ V. 3.* יְהוָה בָּרוּךְ בָּשָׂר perennis erit & valentissimus suorum dux, sive pastor. Cf. *Ezij. XI. 10.* *Genes. XL. 3.* ubi ipsum מֶלֶךְ LXX redunt νικα.

Adscendimus jam ad gradum in celis terrisque supremum. Nimirum יְהוָה haud raro est *confidere in throne* f imperium teneare, valere & ad refendendum hostibus & ad opitulandum socii. *Dan. XI. 4. 6.* præcipue 7. 8. qua loca *Theodotion* communiter per אַתֶּן aliquoties per ἀναστοσαι & επαναστοσαι reddit. Oi o aliquot locis

II SAM. XXIV.

VARIETAS LECTIONIS.

Bibl. T. XII. p. 184. statuit, Arabicam librorum Samuelis versionem ex Syriaca manasse.

(*Q̄z̄n K̄z̄s*) Vatic. δέρην Κύριος. Sic & CEDREN. *Annal.* ed. Ven. p. 71. THEODORETUS autem, Qq. in LL. Reg. Interr. 45. Opp. ed. Schulze T. I. p. 449. fecutus THEODOTIONEM (v. MONTFAUCON Hex. Orig. T. I. p. 348.) cumque eo COMPLUT. ut & COISLIN. 2. (v. MONTFAUCON p. 349.) pro ἐρῆν
Κυζίν ἐναντίαις ἐν Ιεράπετρᾳ, legunt: ἐρῆν Θεᾶ τῆ (quam tamen voculam COMPLUT. omittit) θυμωδίαις ἐν Ιεράπετρᾳ. — Εν αὐτοῖς) THEODORET. & COMPLUT. οἱ αὐτοί. — Βάσιτε) THEODOR. CEDREN. COMPL. COISLIN. 2. πορεύθητε. Sic & hexaplaris versio ap. MONTFAUCON.

ANNOTATA.

cum ἀτὶ componere malunt. Nof-
tro loco ἀνται. Bene iidem *Jud.*
II. 14. resistendi sensu idem hoc
verbū exponent, εἰσινται. Ὡν
igitur in hoc significatiōnum ordine
notat in genere, εἴτε, adēst
cum autoritate, ut Ὡν cum
autoritate loqui. Hinc utrumque
etiam praeſte. Ὡν ut Emir, Pre-
fectus, Praef. Sic I Sam. XIX.
20. ubi jungitur cum Ὡν quod
ipsum eundem signatim sensum
habet. Sensu autem majestatis ple-
nissimo Ὡν de *Deo legislatore*
orbisque reſtore dicitur in sublimi
illa Habacuci ode: c III. 6. Hoc
ipso significatu ex uſu Alexandri-
norū in N. Test. quoque usurpa-

tur ἀνται. Salvator noster ἡλιος ἐν
δέκιαν τὸν Θεόν a Stephano martyre
conspicitur, Ad. VII. 56. quod
cum ναθίσταται εἰς θύραν synony-
mum esse quilibet agnoscet. *Do-
minationem, regnum,* utraque
locutio designat. Non est igitur
quod cum GROTIUS ad h. l. hac
ipsa verba sibi invicem, ad peculiarem
emphasiem, opponi dicamus,
quod contra magnos aliquot viros
(Grotius vult, licet non nominet)
subindicit ad h. l. PRICÆUS. Sitamen
de differinīe aliquo cogitare
velimus, hac imagine Christum
nostrum, e majestatis fede quasi
furgentem, martyremque suum jam
rude donantem mihi potissimum
mente informare mallem.

Ustatissimo

I CHRON. XXI.

VARIETAS LECTONIS.

mentario suo, posteriori loco verbis τὸν Ἰσραὴλ additον γε τὸν

ANNOTATA.

Ustatissimo præterea, & e re ipsa derivato sensu ἡρός est ministrare Deo, regi, hero. De angelis, Jæterdotibus, auxiliis, servis; de liberis etiam hominibus hospitalia sacra exercentibus (v. Genes. XVIII. 8.) dicitur, simulque notat iusta & mandata aliquibus operari. V. Ve-
ner MÜLLERUM nostrum de vocibus bibliis, P. II. p. 21. f. Ob
hanc ipsam rationem dicitur de Jo-
sua intuitu Mosis, Deut. I. 38.
ubi Hieronymus, Lutherus, alii,
commodè per ministrare expo-
nunt. Consimilata loca prostant ubi-
vis. V. g. Esth. IV. 5. Luc. I. 19.
Ἐγώ οὖν ταῦτα ἐπιτελῶ &c.
(compositi enim eadem hoc loco,
qua simplicis, potestas est.) De
Davide coram Sauli, I Sam. XVI.
21. 22. De tota tribu Levi, Num.
III. IV. ceteris.

Superest præcius, judicialis,
vocis hujus sensus, quem plurima
nobis loca affatim offerunt. Et
quippe ἡρός coram judge fisti,
qui generalis concepitis in variis
iterum ramos abit est, ad judi-
cium provocare, itemque ab eo di-
remtam cupere. Sic & Paulus, Ro-
mano tendens ad Caesarem, festo
dicit: ἐπὶ τῷ βασιλεῖ Καίσαρι εὐθύ-
ναι. Ad. XXXV. 10. Affinis huic

significationi illa est, qua denotat
judicis præsentiam, sententiam
vindictam, auxilium intenta mente
cogitare. Si testimonium dicturi,
munus adituri, brevi, in gravibus
quibusque vitæ mortisque tempo-
ribus coram Deo stare dicimus &
monemur. V. I Reg. XVIII. 15.
nisi tamen hoc directe ad ministe-
rii sensum referre malis. Nec no-
stram tantum, sed & animorum,
quoniam & inimicorum causam agere
norat; hinc & est intercedere pro
aliquo. Jerem. XVIII. 20.

Pro ἡρόν sepe alternat βάσις &
sic Deus ipse dicitur stare in judi-
ciali confessu; Psalm. LXXXII. 1.
eo nimis sensu, quo Latini di-
cunt, judicem causa sedere. Hoc
ipsum me admonet, ἡρός de its
etiam dici, qui in judicio vin-
cunt. Psalm. LXVI. 8. Sic enim
accip'endum esse, verlus 9. & 10.
fudere videntur. Contrarium La-
tini cadere causa appellant Juva-
bit h. l. ad interpretationis exerci-
tum ERNESTI adire V. C. Clav.
Cicer. v. stare.

Hac de ἡρόν in genere. Confe-
quens est, ut ἡρόν cum conj. ἡρός,
stare contra aliquem, sit adoris in
judicio. Ad dextram stare hujus
fuisse videtur, rei ad finifram. Ita

E

II SAM. XXIV.

VARIETAS LECTONIS.

Vulg. *Et addidit furor Domini irasci contra Israël.*
 Paululum mitius antiqua versio, quam ex HIERONYMO aferat SABATIER in *Bibl. S. lat. vers. ant. T. I.* p. 550. *Et ap-*

ANNOTATA.

post COCEJUM maxime, erudit
 plerique conjiciunt; ex novissimis
 v. MICHAELIS & KNAPPIUS ad
Psal. CIX. 6. atque Interpretes ad
Zachar. III. 1. Recordari hic quis
 possit νέαντες ἀνθρώπους & θεούς in
 Areopago. Hæc quæ de *humanis*
 tribunalibus proprie fumuntur,
 notissima metaphora transferun-
 tur in *divinum*; utque Deus pon-
 derare hominum delicta; *audire*,
 repudiare dicitur defensionem & c.
 sic progrediendo ab hoc ipso sche-
 mate, cumulatus instruit scena,
 tribunal coeleste paratur, adfut
 confilarii, apparatores, in me-
 dium afferuntur causæ præsidia,
 prodit accusator, defensor.

Illiustris hujus rei locus & fun-
 dus est *I. Reg. XXII.* Suntur ibi
 naturæ coælestes, generationi. Hoc
 jam de *Satana* quoque in *specie*
 valet; & quatuor omnino loca of-
 feruntur, quibus ille *flare adver-
 sus homines*, id vero est, *cos ac-
 cusare*, perhibetur. *Job. I. 6.*
coll. II. 1. Zachar. III. 1. Apoc.
XII. 9. 10. Tandem nostrarum locorum.
 Illi aperte poëtici, visiones refe-
 runt, unde verbi, quod tractamus,

metaphora ducta. De re mox age-
 mus.

En jam litem, quantum potis
 mihi erat, instruam!

Infigavit) ΠΟΥ hoc loco de
Satana, in loco parallelo de *Deo!*
 unde ipsum illud vexatissimum du-
 biū, qua tandem ratione actus
 idem sejunctissimis naturis attribui
 queat?

Secat, non solvit nodum, isque
 orbis luminibus fecat, vetus qui-
 dam Theologus ap. Photium, quem
 & Dan. HEINSIUS citat in *Exerc.*
S. in N. Test. p. 424. Οὐδὲ s. Κύ-
 ριος atque τοῖς τοπικαὶ δερπαὶ²
 synonyma faciendo, quod & ex
Matth. VI. 24. & *Il Cor. IV. 4.*
 afflere stundet, ne minima quidem
 contexti sermonis habita ratione.
 Cavillantur, aut calumniantur TIN-
 DALIUS, EDELMANNUS, alii, qui
 e nostro loco Deo interdum &
 Satanæ notionem in *S. S. tribui*,
 nulla alia interpretatione adjecta,
 comprobare student.

Nos, instituti nostri memoræ,
 viæque, quam genuinam putamus,
 tenaces, non de conquirendis aut
 argumentis, aut temperamentis,

I CHRON. XXI.

VARIETAS LECTONIS.

Iesu, quod ad analogiam paralleli in Samuele loci, atque

ANNOTATA.

sed omnium primum de vera hu-
jus verbi potestate, ex S. Scriptura
adstruenda, erimus solliciti. Statim
igitur & in universum monemus,
locutiones bene multas, praesertim
si (quod hinc inde vel celebratissimi
viris usu venit) ex lingua-
rum hominumque, quales nunc
sunt, mente & ingenio, aut ex
versionum velamine locisque abrupti-
hiatu, de iis exstimes, prima fronte
*incitamenta facinorum velut
ab ipso Deo profecta indicare vi-
deri, que tamen, si proprius tex-
tus ratione perpendas, hominum
ipforum, liberrime agentium, ar-
guant culpam.*

Sic (ut unico, sed luculento,
exemplo defungar) I Reg. XXI.
bis, versu 20. & 25. Achabus *ve-
nundatus* dicitur ad scelestissima
queaque patrandi; (*verkauft nur
Uehels zu thun vor dem Herrn*)
utroque tamen loco culpa omnis
in scelestum regem redundat, quod
iis, qui vel solos hos veritus per-
currunt, dubium esse nequit; ad-
ditur quippe, §. 25. *concitat*
enim eum Jezabel uxor. (Note-
mus hoc: *concitat*; ipsum enim
verbum nostrum קָנַת in anteces-
sum nobis offert.) Cui vero hoc

cum sequente capite perlustrare
otium est, is ex gravi comminatione
tremendoque, quod de ipso
Achabo tandem sumitur, supplicio,
quis proprie constitutus sit in culpa,
haud obfuscere intelligeret. Taceo,
jam ipsam grammaticam formam,
vimque formae Hithpaēl reciprocām
(חִתְפָּאֵל) incusare Achabum; ut
non magis haec phrasī offendī ali-
quis posſit, quam latini ityli tiro,
qui ubi *venundatum aut dedūtum*
aliquem esse legit ventri gulæve,
hominem cogitat intemperantem,
qui libidini ſeſe addixit, nefariæ
vitæ ſponte mancipavit;
tropo, cujus natales in foeda ſto
emtionis venditionisque, hominum
etiam ſervorum pacto querendi.
Hinc hodiernum, mitoribus licet
moribus, fed veteri affuefacti me-
taphore, gallica formula dicere fo-
lemus: *un homme VENDU à
l'iniqüité; ESCLAVE de ses pas-
ſions, &c.*

His in genere premissis, pro-
pius jam, *primo* de ipso hoc ver-
bo, *dein* de affinibus illi vocabulis
circumspiciamus.

נָכַת הַשְׁתִּית a *ſtitha*
vel נָכַת יִסְתִּית (forma etiam extitit סָתַת
סָתַת aut סָתָה) quarum tamen for-

II SAM. XXIV.

VARIETAS LECTIONIS.

posita est ira Dei succendi in Israël. Cæterum lubens in fententiam concedo cel. LE BRET in Diff. de usu versionis. lat. veteris p. 74. libros Regum, cum fragmentis ex HIERO-

ANNOTATA.

marum omnium primitiva significatio nos latet, ex nullo hacenus Orientis idiomate eruta. SCULPTENSIO in Job. p. 30. ad onomatopœtica refert, & de animalibus per complitiones fibilosque infigandis usurpatum fuisse, *conjicit*, quia nos in medio reliquimus. Exploratis inhæreamus.) Notandum igitur **רָסַת** video constanter usurpari sensu *suggerendi, persuadendi, consilium offerendi*; primum de hominibus 1) *comitate, donis*, cæt. aliquem fœcētibus II Chron. XVIII. 2. unde *אֶלְעָזָר*, (sic illi & affine **אֲבָבָה**) *adducere aliquem aliquo*, reddunt in precibus illis Davidis, I Chron. XVII. v. 16.) 2) *aſtu*, Jesuæ XV. 18. de Achſa filio Calebi, coll. Judic. I. 14. ubi idem factum f. muliere stratagemma refertur, (priori loco LXX **εὐεργεισθαι** habent, sic & Targum aliquoties & h. l. **רָסַת** ex prima, & Aramaea significatione, posteriori *רָזִילָה*, illud igitur *proprie*, hoc usitata metaphorā redunt); 3) *dolo malo*, siquidem decipiendi aut corrumperi (sedendi) sensu ter de Hiskia occurrit II Reg. XVIII. 32. & parall. in Eſai. XXXVI. 18. atque II Chron. XXXII. 15. ubi LXX **μὴ πεπονιζεῖν τούτο** habent, & simili plane-nexu Jerem. XXXVIII. 22. quibus locis LXX **חִנּוֹת** per **עַזְעָזָן** vertunt; 4) de seductione ad idolatriam, (ut **חִנּוֹת** de quo mox) Deut. XIII. 7. quod & alternat cum **לְמִנְגָּד** ib. §. 6. 11. 14. & alibi, v. g. II Reg. XVII. 21. ex lectione probatissimorum codicum miser. & impr. v. DE ROSSI Var. Lez. V. T. T. II. p. 249: sic **חִנּוֹת** (ex **נְשָׁנָה** insitato) Eſai. XXXVI. 14. quod & in Deum calumniando confetur ibid. XXXVII. 10.

Simili sensu **חִנּוֹת** de Deo usurpatur, ut is, virum eventuumque omnium summus. liberimusque moderator, secundiarum, quas dicimus, caſſarum interveniente effectu, triflia pariter ac læta vel avertat vel permittat, utrimque vel in praefentem vel in imminentem hominum salutem. V. II Chron. XVIII. 31. Sic Job.

I. CHRON. XXI.

VARIETAS LECTIONIS.

interpretative potius, quam critice, & codicis fide, fa-

ANNOTATA.

XXXVI. 18. pœnas Deus infligit ne ad sui contentum vel neglegētum pelliciantur levis animi homines. Scilicet, ut habet TACITUS *Hist.* I. 15, "Fortunam ad- huc tantum adversam tulisti. Se- cunda res acrioribus stimulis ani- mos explorant; quia miseria to- lerantur, felicitate corrumpimur." Adde Job. ibid. §. 15 — 17. *Per adverfa te Deus monet, erudit. Quan præclaram sententiam Int. gr. horride turbat.*

Vides, quam late pateat hujus vocis potestas! Omnen enim complectitur in quacumque partem hominum rerumque conversionem, quam Deus & prævidet, & per cauſarum catenam gubernat.

Commemoratu præcipue dignus est locus ille tot tamque diversis interpretationibus tentatus I Sam. XXVI. 19. cuius, ex his ipsis præmissis, haec mihi mens esse videtur: Sauli, ad Davidis interne- cionem castra in colle Hachila in- fruenti gravesque semper iras spi- ranti, Davides regerit: Si Deus te contra me incitat, si ob admissum a me peccatum Deus, ut iustitia fuæ vindicem, te mihi immittit, conciliabit ille forsitan oblatio fa- crificio, pœnitentiae meæ teste;

fin homines dolo malo te concita- runt, luent ii suum scelus. V. Cl. HETZEL ad h. l. cui Iubentius hac ex parte assentior, quam ill. MICHAELIS, qui de atrabile Sau- lis intelligit. Afferamne, eo usque despere potuisse Rabbinos quos- dan, ut formiarint, quoniam Da- vides h. l. verbo חסן de Deo erat usus, (dubitanter licet, in oratione disjuncta, & in ipsum Deum quam maxime venerabun- dus) Deum ipsi regessisse: „tu me חסנָה (incitatorum) vocas, ergo „incitabo, seducam te, & quidem „te omnibus, vel pueris domus „Rabban, nota!” Quo ipso cen- sum Davidis intelligent, & rem pueris & tonsoribus notam, semi- fidum interpretantur, quem rex pendere neglexerit. V. ABARBA- NELIS *Dif.* V. p. 477.

Jam neminem, opinor, male habebit locus Jobi II. 3. ubi Deus Satan dicit: *Tu me incitasti, ut innoxium Jobum plagi afficerem.* Poëticum hujus loci, uti totius li- bri, colorem facile quivis animad- vertit. (Cf. MICHAELIS *Einleit- tung in die göttl. Schriften des alten Bundes*, T. I. P. I. §. statim 1. & 2.) Pedestris horum verbo- rum sensus cuivis non minus in

II SAM. XXIV.

VARIETAS LECTONIS.

NYMO collatos, non semper quidem, (quod ex modo allato loco apparet,) sed maximam tamen partem, cum iis

ANNOTATA.

promtu erit, vel ex solo superius allato Jobi loco perspicue emergens; scilicet: *Explorat, exercet filios Deus, ut firmet; roborat rebus adversis. Sic nature mala in mentium vergunt integratem. Malum, qua malum est, tribuitur Satane; mali ipsius, impediti velut nodi, lata resolutio, ordinanti cuncta Deo; qui magni hujus dramatis coronidem hac vita parat, altera, revelat.*

En Theodicea a Mose ad Iohannem, a Damasco ad Patrum, confitans & unanimis in sacris voluminibus nostris declaratio; simul igitur & authenticus loci nostri commentatoris!

Atque dudum jam Iudeorum quoque sagaciores hanc libe caliorum tuiti sunt fententiam. *Moses Maimonides*, v. g. P. II. c. 48. More Nev. "Multa," inquit, "at-tribuuntur in libris sacris Deo" *Benedicto*, quia sit *causa prima omnium rerum*, quamquam profluant res illae, ipsi attribute, "vel ex natura, vel ex accidenti, vel ex libero hominum arbitrio!" Excitat quoque haec verba, licet maxime improbans,

(simul tamen fassus se Majemonidem non intelligere) Abaranel l. c. p. 482.

Equidem, palam & publice aspernatus *βιονός ναι γράμμων* quosque *μόδιον*, nil tamen vereor in utroque facio fodere diludice constanterque traditam palam quoque & publice agnoscerre doctrinam eam, qua *præsidia* ad rectum bonumque *Spirituī Sancto*, *impedimenta*, malo *spiritui* attribuantur. Sic p'ane & Ven. KOPPE ad I Thef. II. 18. Magnopere quidem vellem, a modo rei explicandæ, a *sistibus gradibusque* describendis, cæt. fibi in publica concionis precario-nisque institutione temperarent, temperentque Theologi etiam nostri, idque a Lutheri inde tempore; reminiscor enim, & hoc loco, Augustini dicit, quod in praefatione posui; at ex altera parte, qui valsum illud immensumque itandum, quo se tam diver simode contingere mentes, ut corpora possint; atque, quod clare doce mur, in futuro aeo proprius etiam contingent, illud igitur omne qui præfecte inficiantur, quia inter currendum hinc illincæstuantur qui-

I CHRON. XXI.

VARIETAS LECTONIS.

Qum esse, reputari potest. Sic & COMPLUT. v. 2. II Sam.
XXIV.

ANNOTATA.

dam extra oleas vagantur, id ipsum, nimum providenter actum mihi videtur, simulque (qua calamitatum in civitate Chrifflana non ultima eft) eam nobis interpretandi methodum parit, qua pro arbitrio & declinare & inferre cuncta Scripturæ, & quidquid ex quovis effere positis. *Mos̄iv* igitur *אָזָב*!

Sed exitum habitura non effet hujus loci disceptatio, si, que in utramque partem attendi merentur *cautiones*, cunctas affere vellemus. Vitanda omnis *Manicheifni* labes. Non promovenda *ignava* philosophandi *ratio*, aut *causarum naturalium* inhibenda *indagatio* (v. Ven. GRIESBACH *popul Dogn.* §. 88.) Tenendum, omne pravitatis contagium, ut nostra *culpa* adscitum, sic nobis, nobismet ab iphis, *p̄enam* cierit; rel Quibus cunctis premillis, dubito, an brevius veriusque res componi possit, quam sequentibus HIERONYMI verbis: "Constat inter nos, in „bonis operibus, post propriam „voluntatem, Dei nos nisi auxilio; in malis, Diaboli." *Dial. adv. Pelag.* I. 1. Opp. T. I p. 225.

Sed, ut majori adhuc luce quae supra diximus fulgeant, intimus-

que ac sibi perpetuo constans Scripturae genius venerandusque tenor patet, age, *tertio* loco, æquum huic verbo plurim aliorum verborum significatum, unanimemque, non *vocum* tantum, sed ipsarum *notionum* usum, in V. T. demonstremus.

1) Conferri præ cæteris meretur *תְּמַלֵּךְ* quod sepe cit ad afferendum rapere credulitatem, v. g. *Offic VII.* 11. columba *תְּמַלֵּךְ;* 2: *אָזָב*, *אָזָרָבִים* (*אָזָרָבִין*) Theodosius, qui ita & *Prov. I. 4*; optime Aquila: *סְגֻנָּבָן*.

2) Verbum *כַּעַד* v. g. I *Reg.* XV, 30, ubi bis occurrit. In *Kal* significat auctorem alis esse peccati; in *Hiphil*, in se, criminisque concios, comitem peccati, divinas poenas derivare; utroque loco a *concitando*, *infingendo*, irritando dicitur, at simul & ejus rei *cause*, *rationes*, *instrumenta* adduntur. Substantivum cum verbo, eodem sensu, de iisdem hominibus repetitur I *Reg. XXI. 22.*

3) *מַפְלָגָה* quod est *impellere*, *repellere*; *inclinare*, *declinare*; *perfudere* in quamcumque partem, ad bonum *infigare* malumve. (1) De

II SAM. XXIV.

VARIETAS LECTONIS.

convenire, adeoque ex hebræo factos videri. Occupo, quod & alius harum Curarum locus exponet, in horum librorum latina versione & stylum solito tercio, & sensum exprellum accuratius esse, quam in pluribus aliis.

ANNOTATA.

hominibus dicitur e. c. *Judic.* IX. 3. מִלְחָמָה sic de mulieribus, quæ Salomonem ad Deorum cultum permoverunt, quater eodem capite *I Reg.* XI. 2. 3. 4. 9. idemque verbum (2) de Deo adhibetur, qua re sufficeri mihi poterit observare alternationem hujus vocis cum ipso nostro מִלְחָמָה loco supra cit. *Job.* XXXVI. 18.

4) מִלְחָמָה vult ambitus verbum! Deus Israëlitas מִלְחָמָה *Judic.* II. 22. III. 1. 4. i. e. exercet, quo se ipsos cognoscant, inque cultu & amore Jehovæ firmentur. Hinc recte Symmachus h.l. per ἔργα τους reddit; unde ἔργα, quæ ipsa vox, a veterum Iudis petita, quemadmodum Pauli ἐν ἀπόστολῳ, *I Cor.* IX. 24 ecclesiæ scriptoriis, ut ταῦτα Apostolis, & bene etiam græcis, instituta omnia & exercitationes significat, quæ ad regendos, formandos, continentdosque mores facere possunt. V. CASAUBONI *Eccles. in Baron.* II. 13. p. 190. ed. Lond. & ERNESTI

Opusc. Theol. p. 332. seq.) Quæ utruerūt i. c. per vicinos obtinetur & hostes populi Israëlitici; (vulgo dicunt tentationem) *Exod.* XX. 17. (aliis 20.) Idem finis *Exodi* XV. 25. impetratur legibus, variisque generis officiis propotitis. Si *Exod.* XIII. 3. populi vigilancia & obedientia exercetur haruspicum præfigiis, vanisque, quæ tamen speciem nonnullam habebant, artibus idololatrarum. Infunt igitur huic *Dei tentantis* notioni fata omnia, quibus hominum vita subest; quibus animi sensa patescunt; quibus refungi emendarique mores queant. Et sicutur hic omnis idearum complexus diserte *Deut.* VIII. 2.

His, ex V. T. depromitis, unicunq; addo, sed illustre exemplum N. T. quod ad perfectam quidem omni numero similitudinem haud accedit, sed præparare lectorem, & confirmare possit ea, quæ supra de infelici genii studiis dicta sunt.

Idem nimurum vocabulum, ab eodem

I CHRON. XXI.

ANNOTATA.

eodem sacro scriptore , omnium insuper *doctissimo* , ad *eundem* fidei*um* certum , & de *Deo* dici*tur* & de *Satana* , de divina effi*cacia* , deque *Satanae* operationibus . Verbum *egregiū* volo ; quod de *Deo* prædicatur *i*) in genere , quatenus omnium bonorum unicus peren*n*isse fons est *I Cor. XII. 6. & 11. Eph. I. 11. 2)* in specie , quantum efficaciter adest *(1) Iesu Christo* , *Eph. I. 20. (2) Apostolis* , *Gal. II. 8. (3) fidelibus cunctis Eph. I. 19. III. 20. Phil. II. 13. cat. Hinc & (4) de miraculis proprie dicitur *I Cor. XIII. 10. (5) de caritate* , ceu efficaci*um* documento fidei . *Gal. V. 6.**

Jam vero idem hoc verbum & de *Satana* usurpatur , tum *ipso Eph. II. 2.* tum ejus *effe*c*dis* , mox spe-

cialioribus *II Theof. II. 7.* mox generalioribus *Rom. VII. 5.* Utrimeque igitur *inveniatur* ! sed quæ facile discernantur ex adjunctis ; quo æquius est , in priscarum linguarum simplicitate & candore non anxie nimis velle argutari .

Cæterum de Angelis dicendi cum & infra recurrat occa*ſo* , inquiremus eo loco in varia*s* sententias , quibus *Satanam* nonnulli interptantur *adverfarium* in genere , (verissime quidem univerſe , fed aliquantum contorte , minusque , ut mihi videtur , ad nostrum locum accommodate) alii *pravam cogitationem* Davidi obortam , alii *symbolum pœnae divinæ* , intelligunt ; aut *ſcriptionis* etiam *vitium* , locumque affectum tufpi*cantur* , de quibus suo loco .

¶. 2. Rex igitur Joabo duci exercitus sui imperavit, ut sine mora omnes obiret tribus Israëliticas a Dane usque ad Bersebam,

VARIETAS LECTONIS.

Αζχοντα) CEDREN. τὸν ἀζχοντα. — στέλθε ... Βαρσαβία καὶ) omittuntur a CEDRENO, qui & pro τῷ λαῷ in fine habet αὐτῷ — τῆς ἵχός τὸν) COMPL. τὸν δυάμων τὸν — στέλθε) COM-

ANNOTATA.

II Sam. XXIV. V. 2. *Sine mora obiret*) **נִנְשׁוֹת** Verbum hoc non quidem ubivis cum hac emphasi ponitur. Targum simpliciter **לְמַתָּר** sic & loco Chron. parallelo. Longe tamen frequentissima est adjuncta notio animi attente scrutantis, erudiri cupientis, (quod subindicat THEODOTION in Dan. XII. 4. quem igitur locum cum Cl. MOLDENHAWERO: *desiderio flagrare*; quam cum ill. MICHAELIS: *errare*; *vertere mallem*,) animi itaque — *urgentis & solliciti cuncta circumspicientis*; idque vel sensu fausto, consilio generolo, *Zach.* I. 10. IV. 10. vel animo infenso, infidioso, ut **רָגֶב** & **רָקֶב** in Piel præcipue usurpantur v. g. *Judic.* XVIII. 2. atque Judæi doctores ipsi, D. *Kinchi* per **רָחַם** explorare, *Abenebra* per circumire nocendi, prædandi cauſa, ex-

ponunt. Hoc ipsis infesti animi sensu de *Satana* adhibetur *Job.* I. 7. unde illud *διεγχθεῖται δὲ αὐδογεν τοτῶν*, *Matth.* XII. 43. & πηγατῶν δέων αγριώνεσσι *I Pet.* V. 8. ductum videtur LXX pluribus locis *διεγχθεῖται*, *πηγατῶν* aut *πηγοῦνται*, *πηγεργεῖται* etiam, habent, quem sensum & h. l. vocem suffitnere, ex toto orationis nexu & historia decurso liquet abunde. Cæteras verbi, ejusque familiae, significaciones ex affribus dialectis eruit SCHULTENS ad *Job.* I. 7. p. 16. sq.

A Dane usque ad Bersebam) Ambitus sic regni definitur a septentrione ad meridiem: (v. ¶ 7.) nimurum cis Jordanem; altera pars Gileaditis est. V. *Judic.* XX. 1.

Hæc terræ Israëlitæ definitio Hilitoricis V. T. in usu fuit, ex quo tribus Dan, præter destinatam fibi

I CHRON. XXI.

(v. 2.) Mandavit igitur David Joabo populi præfectis, his verbis: Ite, numerate Israëlitas a Berseba usque ad Danem,

VARIETAS LECTONIS.

Εἰς τὸ Δανίδην) COMPL. ἔτειν ὁ βροτιλὺς Δανίδη — πορεύθητε, ἀριθ-

ANNOTATA.

hæreditatem, *Laifcham f. Lefchem* adæpta, urbi huic hoc gentilium nomen *Danis* indiderat. Cl. HETZEL. ad *Jud.* XVIII. 1. 7. adde *Jos.* XIX. 47. II *Sam.* XVII. 11. Rem omnem accurate enarrat RELAND, in *Palest.* p. 194. 620. & 734. & fuisse etiam, *Bachiene*, P. II. V. II. p. 363, sqq.

In loco parallelo Chronicorumordo mappæ invertitur, (Comp. ut. cod. excepto) sive id casu factum sit, sive studio rem tandem alius verbis notandi, quam quia prior jam scriptor occupasset. Cf. II *Chron.* XXX 5. Commemorari præterea meretur illa limitum declaratio, quæ post divisum imperium in regno Iuda obtinuit: *terra a Berseba usque ad montana Ephraim*, II *Chron.* XIX. 4. i.e. verbus Bethel ad septentrionem Hierosolymæ.

Recesseret) ηγέρθη Indicantur qui Joabum in obeundo hoc officio adjuverunt, quos hinc in versione

expressi. Hæc de grammatica ratione. Res ipsa censum notat, re- censionem, επερυσσεύ (qualem v. g. Demetrius Phalereus Athenis egit. V. ATHENÆI *Deiph.* p. 272. ed. Causub.) Sic accipi ηγέρθη cum pluribus inde derivatis, notissimum. Nec sensus uila fluctuatio; nulla igitur opus severiore significacionum constitutione. De censi agitur: militarem eum, vel saltem insueto apparatu militari acutum fuisse, mox patet.

Universitas ejus) f. eorum omnium, qui armis ferendis idonei sunt, accuratus numerus, quo sciam, quam potentem possim exercitum cogere. Ceterum prius attentumque lectorum non potest non ingens intrare animi moror, alpèra hac ubi Davidis verba secum perpendit. Quantum ille hoc æstu, hoc fatus, a se ipse descivit! quod in discriminè regni totius salutem adegit, errorem pertinacia gravioribusque erratis redimento!

II SAM. XXIV.

(cumquer reliquis praefectis v. locum Chron.)
recenseret populum, quo universitas ejus
regi patescat.

VARIETAS LECTIONIS.

PLUT. πηγέθε — πάσας φυλάς) COMPL. εἰς πάσας τὰς φυλὰς —
τὴ Ισραὴλ) COMPL. addit. καὶ Ιούδα — Βηρυτίς) COMPL. Βηρυτίς.

ANNOTATA.

Sibi ipsis profecto male propitio sunt, qui animi impotentia, quæ caligantibus *robur* esse videtur, ferociunt in alios. Hæc tamen communiter calamitas terrarum principes manet; paratur, augetur a fer- vis, five purpura insignibus five compede, in quorum, prolixa uiruta, reclinabit cervices. Et operitur cujusvis conditionis mortales scopulus idem, quo alliduntur, quotquot forti modestia commune non cavent periculum.

Sed hæc præstabit spiranti potius exemplo persequi, quam flylo; licet, quod Patribus olim ecclœsiæ, & recentiori etiam ævo

Theologis quibusdam solenne fuit, utilis inter paucos sit labos, media inter progymnasmata scholæ, iis etiam vacare curis, quibus pectus pertentetur, morboisque vel per ipsas ἔργους καὶ λαζαναχίδες animo (I Tim. VI. 4.) salubris possit medela afferri. Cujus generis egregia quædam specimina extant Sam. WERENFELSI, viri, cuius exquisitam doctrinam, ityli leporem, tum & disciplinam vitæ in summa semper admiratione habui: adi. v. g. ejus *comment. de carnali securitate. Opusc. edit. Laufan. T. I. p. 387.*

I CHRON. XXL

& referte ad me , quo numerum eorum
accurate cognoscam.

VARIETAS LECTIONIS.

μήτραις) COMPLUT. interficerit καὶ — ἀπὸ Βηρυτοῦ τὴν ἑως Δαύ.)
COMPL. ἀπὸ Βηρυτοῦ τῶν Δαύ.

ANNOTATA.

I Chron. XXI. V. 2. *Populi prefec̄tis*) פָּרָשָׁה, פָּרָשָׁה (unde Etymologi quidam, non nimis timidi, Anglorum & Gallorum Sir, Sir deducunt) ut apud Hellenistas ἀρχῶν quemlibet notat cū jusque gradus ac dignitatis prefec̄tum, ductorem; in ordine domestico, civili, iacro, militari. De hoc ultimo genere usurpatur frequentissime, quod v. g. toto cap. XXVII. I Chron. patet. At & tribuum antesignanos diferte designat Psal. LXVIII. 28.

Jam cum denominatio פָּרָשָׁה latissime pateat, & ad praefectorum omne genus pertinere possit, haud absimilis vero illa sententia videtur, quae hic loci & duodecim turmarum militarium duces, & tribuum praefectos, in quorum albo inscribendus popu'us erat, junctim intelligendos censet. Ita inter alios SALIANUS statuit Epit. Annal. V. T. p. 464, quo in libro bona frugis multa terfo stylo infunt. Josephus arctius interpretatur ἀρχῶν τῶν οὐλῶν οὐκι γενουμένων. A. J. VII. 13.

II SAM. XXIV.

v. 3. Respondit Joabus Regi: Augeat
Jehova populum centuplo, ipso rege spe-

VARIETAS LECTIONIS.

Syrus votum Joabi aliter effert: *Centuplo populis aliis
populus tuus numero praestet!* Hæc tamen Joabi mens haud
fuisse videtur, qui hoc potius voluit: Quantus demum
cunque sit numerus populi tui, augeat eum Dominus, cen-
tuplo augeat, te salvo ac superscite. — In hoc ipso etiam
Joabi voto *mille* vices loco *centum* ponunt codices duo Ken-
nicotti, 70. & 138. Moderator *Jonathan & Arabs.*

ANNOTATA.

¶. 3. in Sam. & Chron.) Ad
utrumque Historicum, de Joabi
responso, deque hujus responsi
causis hac habeto.

Ac in responso quidem, aulice
vitæ ingenium purpurorum cir-
cumspicentem prudentiam, oriental-
is præterea cœli nativum colo-
rem facili opera animadvertes.
Quo *dehortari* tutius Regem queat,
læsis quibusque ominibus & cumu-
latissimis pro ejus salute regnique
incremento votis, (solemnis illa
subditorum ad moderatores suos
præfatione) eum adoritur Joabus.
Votum ipsum, ut prodit lectionis
varietas, temere augent interpretes
codicesque nonnulli: sed & apud
ipsos sacros autores in altera re-

sponsi parte diversitas quedam ap-
paret. Brevis simpliciusque rem
expedit librorum Samuelis auctor;
scriptor Ephemeridum contra, ut
solet, additamenta & graviores mi-
nas habet, unde eminus jam in-
gruentem procellam diramque ca-
tastrophen augurari possit.

Sed jam quæ causæ Joabum im-
pulerint, ut tristia Davidi praefas-
giret, videamus. In imperatore
quidem hoc, impensam eam fer-
ventemque pietatem agnoscere non
possum, quam in eo, hujus loci
auctoritate commotus, admiratur
DELANY T. III. p. 303. Perfipa-
cius veriusque ejus nobis notatio-
nem impetrat Cl. NIEMEYER: at-
que omnino Joabus, ut miles, ubi

I CHRON. XXI.

V. 3. Respondit Joab: Augeat Jehova
populum suum centuplo. At enimvero,
mi Domine Rex, omnes sunt servi tui!

VARIETAS LECTIONIS.

Λαὸν αὐτοῦ) COMPL. αὐτοῦ — ὡς αὐτοῖς) COMPL. ὡς εἰσὶν —
βλέποντες πάντες) COMPL. interserit: οὐχὶ κυρίε μου βασιλεὺς; —
πάιδες) COMPL. εἰς δύσκολον — ἵνατι Σητῆ ὁ κυρίς μου τοῦτο) COMPL.
καὶ ἵνατι θέλει τοῦτο ὁ κυρίς μου — ἵνα) COMPL. ὅπως
— ἀμαρτίαν) COMPL. πλημμελεῖαν — Dubiosum illud λαῷ, ut
Vaticanus, omittit.

ANNOTATA.

cunque aliud non suaderet gloria
sit, illique copulatus livor, can-
didum se, generofum & sine fuso
strenuum præbet; cui ejus candori,
atque, vel ad Regem dicentes,
πατέρα, eo lubentius fidem habe-
bimus, si illum, Davidis ex sorore
nepotem, (quamvis haud magnopere illi acceptum) fuisse (II Sam.
II. 13, 18. I Chron. II. 16,) re-
cordari velimus. Mosaicæ legis si
& parcum cultorem suspicari velis,
(intimorum sane ad hanc ipsam
legem sensuum conformatiōnem,
aque avunculi בְּבִבְלָן in ipso
desiderare licet) nil tamen impe-
dit justi æquique leges cum, per-
turbationum ubi vinculis liber vi-

xit, & servasse, & acriter aliis com-
mendasse, quin id quoque egisse,
quod in foro, in castris, in prin-
cipium aulis, totque aliis in cœti-
bus, quotidie usu venire videmus:
scilicet, ubi mens, ex rationibus
alium petitis, in sententiam quan-
dam tacite jam est inclinata, tum
& conscientia obtenditur religio,
& facrorum librorum auſtoritas
cæteris argumentis quasi supple-
mentum datur. Sic in Joabo de-
cora multa miror; defuisse tamen
ipſi videtur, quod in vet. novoque
testamento & orbe, omnium re-
rum primum & unum necessarium
est: *integer Numinis sensus!*
Crescentem ille indies, irrequie-

II SAM. XXIV.

Etante; sed, qua demum ex caussa, Rex,
domine mi, hoc consilium foves?

VARIETAS LECTONIS.

In Græcis plura divergia. Πρὶς τὸν βασιλέα ναι) omittit CEDRENUS. — Θεός σου) CEDREN. Θεός. Vocabulam σου addit idem post λαίρ· & quæ sequuntur in hoc v. omittit usque ad ιωάτι, cui καὶ πραξιτ. — XIMENES verbum hunc ita exhibet: Καὶ ἐπειν Ιωάτι πρὸς τὸν βασιλέα, προσεβητικός ὁ Θεός σου ἐπὶ τὸν λαόν, οὐσας καὶ τεύτους, ἐκπονηταλαζούς, καὶ εἰ ἐφελμοὶ τοῦ κυρίου μου τοῦ βασιλεὺς βλέποντες. Καὶ ὁ κυρίος μου ὁ βασιλεὺς Ἰωάτι Σίλει τὸ φῆμα τοῦτο;

ANNOTATA.

ram, [populoque acerbam Davidis ambitionem non sine metu atque angore jam diu contemplatus, jam quantum rex splendidi hujus virtutis illecebris irretitus esset, quam parvum illi sibi, pacique & exhausto bello populo esset consulturus, ex his ipsis mandatis manifesto cognoscens, Davidis, ut regis & confanguinei, amans, jure censerri potest cuncti molitus, ut hanc ipsi cupiditatis intemperantiam evelleret. "Censu plane non opus esse, nullo jam imminentे belo; & si vel maxime agendum putaret, info lentem hanc pomp'm, tribuno rumque & phylarcharum ingen-

„ tem comitatum populo terrori, „ impendio; regi invidiae fore; re-
„ puter secum, quam male hac in-
„ sitæ suæ indoli, in Israëlitas cle-
„ mentia, in Jehovam pietati,
„ sacrofancisque, quæ a majoribus
„ accepissent, institutis convenire
„ censerri possint: displiceret Deo,
„ qui Deo diffidat; diffidere, qui
„ in populi numerum ambitione in-
„ quirat, inque suis opibus potius,
„ quam Dei omnipotentis auxiliis
„ acquiescere velit."

His, aut hisce vicinis argumenti credi potest, Joabum aggressum esse Davidem. Alia, ex rerum tunc facie, provinciarum conditione,

I CHRON. XXI.

Cur igitur hæc cupis? Cur Israëli perni-
ciem paras?

VARIETAS LECTIONIS.

Versio LXX, tum Alex. tum Vatic. codicis, Joabi responsum, præter hebraicam veritatem, auget, addendo: καὶ οἱ ὀφελεῖμοι τοῦ πυρὸς μου (κύροι, quod Alex. habet, sensu caret, & aperte virtuosum est) τοῦ βασιλέως βατενούλες (ut Homericum: ἐμὲν ζῶντος καὶ ἐπὶ ξεροὶ δεκαρίνοι); sed hæc verba illatum ex margine glossema sapiunt, unde & ipsa lectionis fluctuatio.

ANNOTATA.

tione, turbarum variarum reliquias, (v. II Sam. XX.) annonas difficultate (c. XXI.) aliisque circumstantibus rebus repetite fuisse argumenta exstimate par est.

Nec hoc Joabi folius fuit suffragium; cunctis prefectis, ut ex v. sq. liquet, eadem plane stetit sententia, ex quo ipso urgente aliquem gravium circumstantiarum concursum conjicere licet, qui, ut nos jam tot post secula lateat, nihil tamen minus ita omnino videtur comparatus fuisse, ut inde & confians praefectorum confensus & Davidis prava pervicacia abunde colligatur.

Hæc ipsa inter argumenta for-

tassis & illa allata opinio fuit, cuius in cunctis fere locorum ævorumque spatiis vestigia deprehendimus: non nimis sollicitè opum quarumvis ineundum calculum esse; malo id ut plurimum omnifici. Praepotenter fane commen-
tum! quod tamen ut pleraque hu-
ius generis judicia, e puro primi-
tus fonte manavit. Sæc enim fibi,
in hoc agendo, aut avaritiae, aut
arrogantiae bene consci homines
erant, a quo iustitia sensu, ad
superstitionis imbecillum timorem
proclivis dabatur transitus. Quicquid
sit, brevi habebimus ipsum Davi-
dem, eodem ex capite factus, spon-
te sepe confidentem reum.

II SAM. XXIV.

v. 4. Sed vicit regis voluntas, adversantibus licet Joabi, ducumque exercitus suffragiis. Igitur hi, a rege dimissi, pro-

VARIETAS LECTIONIS.

V. 4. Vicit רַבְדָּן obtinuit, prævaluuit obfirmatus regis animus. Hujus verbi vim atque effectum eleganter circumscribit Arabs: Rex iratus respexit (פָּנָצֵר מִקְּבָּח sanazara mukdiban) — ἐπειργόντων ἡ λέξη) COMPL. πατινάτων τὸ πῦρ, fere ut Cod. Alex. τῷ LXX in loco parall. I Chron. XXI. 4.

ANNOTATA.

I Chron. XXI. v. 4. Regis voluntas obtinuit) פָּנָצֵר quod h. l. ponitur cum נָבָל pro נָבָל & mox cum נָבָל ipso, pari ratione alias etiam in locis adhibetur, v. g. Mal. III. 13, ubi similiter est, torve adspicere, duriter aliquem habere, cum mina & imperio loqui; cuius consequens est, reniti, relinisci dictis alicuius, pertinaci animo in sententia perfidire. Hunc sensum & parallela loca atque synonyma verba fundunt. Qualia sunt
 1. נָבָל Mal. II. 17, quod ex primaria significacione רְאֵבָל qua animi moerentis, indignantis, defessi habitum resert, facile intelligitur.
 2. נָבָל, cuius verbi frequens

est usus & ferax sensus. Cf. II Sam. XIX. 44. coll. Ezech. II. 4. & præcipue III. 7. 8. 9. & quoad res ipsius, Jerem. V. 3. que loca, cum verbi nominibus græcis horum ipsorum commatum, tum Ezech. XLIV. 6. tum ex N. T. I Cor. XI. 16. & Ep. Jude v. 15, composita, hellenisticum usum vocum οὐδὲντος, οὐδὲντος, συνηγονίδος, pleniore luce collucent.

3. נָבָל unde נָבָל quod cum derivato verbi nostri nomine תְּזַקֵּחַ conjungitur Ezech. XXXIV. 4. notatque inhumanam, duram, violentam tractationem. Hinc נָבָל de servitutis Aegyptiacæ sævitio folenniter dicitur, Exodi I. 13. 14. idemque retinetur vocabulum in severa illa commonitione, ne in

I CHRON. XXI.

V. 4. Sed regis voluntas obtinuit contra

VARIETAS LECTIONIS.

Complutensem, ex corpo, qui sic abit a cod. Alex. των

ANNOTATA.

Istaëlitam Istaëlitam parem unquam
duritatem exerceat. *Levit.* XXV.
43. 46.

4. יְהוָה Jerem. XXXVIII. 22.
Obad. §. 7.

Patet ex his Davidis dura cervix
& arrogans æstus. Saniora quaque
confilia detrectat. Jacta alia est.
Moëtus proficilior Joab. At longe
tritiora sibi & populo fata illa per-
vicacia parat.

Ceterum nescio cur GROTIUS
hæc verba apud Sam. interprete-
tur: "obtinuit apud Joab;" cu-
jus sensus sit: "nihil ultra con-
„tradictum est regi;" quod facie largior, non quidem ut *perfusus*,
sed ut ultra aliquid reggere ausus
non sit Joabus. Pro γε autem,
cum nostro loco positum γε vi-
deas, convictum inde Joabi ani-
mum haud recte colliges. Nec alius
locis infrequens hac significatio
est, ut SCHMIDUS nosler ad h. l.
ostendit. Narratio præterea ipsa,
quo animo affectus fuerit Joabus,
apertissime monstrat.

II Sam. XXIV. §. 4. *Ducum
exercitus.* Duplex hujus proxime-

que sequentium incisorum dos est,
præ loco Paralip. parallelō. *Illa*,
tum *census* ipsius *rationem*, tum
peragrata loca diligenter expla-
nant; hic præter expectationem
abruptus est, Joabique itinerarium
præcidit. Diversam utriusque au-
ctoris ætatem, diversum narratio-
nis fontem, facultorum diffonum
ingenium vel ex hoc loco colligere.

Sed manifestiora nos discrimina-
mant... Ipsius *census* ratio dua-
bus rebus liquido paret: *mini-
stris*, qui eum egerunt, & ipsa
dein populi *lustrationis* seu con-
scriptio.

Ministris vidimus, fusile exer-
citus duces; *militares* igitur *pre-
fēdos*. Fuerint, ut *Josephus* ex-
ponit, ἀρχητές τῶν οὐλῶν καὶ γεω-
μετριῶν in iporum comitatu; opus
tamen ipsum moderati sunt & ur-
sere militarum ordinum ductores
Ἄρχοντες; hinc res omnis *Joabo*
comititia; hinc *castrametatio* §. 5.
At ipse hic armorum strepitus,
bellique in otio, obſidionis media
in patria imago, res undecunque
nova & innoens, Istaëliarum ani-
mos non posuit non metu suspen-

G 2

II SAM. XXIV.

fecti sunt ad recensendum populum Israëliticum.

VARIETAS LECTIONIS.

ubi Vatic. contra ἵρχουσεν habet — πός Ιωάθ καὶ εἰς τοὺς ἀρχούσας) COMPL. ὥστε Ιωάθ καὶ ὥστε &c. — πός Ιωάθ... δυνάμεως) CEDRENUS omittit — ἵρχουσεν) CEDR. ἀπολέβειν — τῆς ἵρχουσεν ἐνώπιον) COMPL. τῆς δυνάμεως in προσάπου — καὶ οἱ... βασιλέως) CEDR. omittit — ἵτισκεψεις) CEDR. καὶ ἵτισκεψεῖον — τὸν λαὸν ἴργανα) COMPL. ut Vatic. τὸν ante ἵτισκη omittit.

ANNOTATA.

fos tenere. Quoties enim ex diviaio praescripto Moës populum lustravit, non quidem soli *facerdoti*, ut interpres aliquot, ad augendū fortassis, per antithesin, Davidis delictum, asseruerunt, omne hoc negotium traditum est; sed omnino tamen Moës affuit Aaron, postque ejus fata, filius Eleazar: utrisque adfittere *principes triuum ac domorum in cognationibus suis*, v. Num. I. 4. XXVI. 2. Ex. XXX. 12. unde illa Jofephī interpretatio haud dubie manavit. At nostro loco, (quod in nullo rege magis, quam Davide, mireris, justamque finitima suspicione inde materiam fumas) ne minima quidem facerdotalis auspicii mentio appetat; contra, proferata profectio, paludata ducum

corona; regionum omnium inquisitione, cunctorum finium felicitate perveftigatio, initus severe adulterorum numerus, continuumque ultra novem menses legatorum iter & agmen!

Hunc recensionis modum sollicitudini, pavori, querelis ansam populo præbuuisse, quis non sponte concedat? Atque his ex *ministris*, *census ipsius facies* haud obscure patet.

Jure id, *his jam cognitis adjunctis*, colligemus ex verbo hic loci adhibito, ἵτισκεψεῖον quod *in specie* *lustrationis*, *lustrationis*, cum cura non solam, sed & cum *auctoritate* *luceptæ* notionem sifit; *visitationis* omne genus, triste lœtumque; quæ significaciones omnes optime con-

I.CHRON. XXI.

sententiam Joabi. Igitur hic egressus est,

VARIETAS LECTONIS.

LXX. Τὸ δὲ ἐπίμα... τῷ Ιωάτῃ) καὶ ὕσχοι τῷ ἐπίμα τοῦ βασιλέως ἦσθαι

ANNOTATA.

spirant cum primitivo verbi sensu, quo est: *injungere* alicui *provinciam*, *mandare munus*, *tradere prefectoriam*. V. SCHULTENS. in Job. p. 940. col. b.

Commodissime igitur קְרַב de censu hoc militari adhibetur, atque genericā qualis vox est, cuius formae sint קְרַב & מִנְחָה. De utraque copiose agit III. MICHAELIS de censibus hebr. §. 3. in *Commentariis*. Bremæ editis 1763. 4°. p. 19. sqq.

Prius illud verbum, monet ille, non nudam tantum *numerationem* & nominum in tabulis descriptiōnem notare, sed id ipsum etiam indicare, quod *inrotulare*, *enrolle*, Galli dicunt; pluribusque vincere studet סְכָן de censu, ob ministerium quoddam obeundum aut fuscipendam militiam usurpari. Praeclare hoc a præceptore nostro monetur, tumque fortassis verius etiam, si summa cautione, ad definitos casus hæc ipsa significatio alligetur. Nam

i. Pro סְכָן in utroque Historico מִנְחָה non alternat solum, sed illud semel, hoc cæteris locis constanter

adhibetur. (Sicuti etiam prima statim, qua in V. T. comparet, vice, Gen. XV. 5. quod Hebraice סְכָר est, Chaldaæ exprimitur מִנְחָה.) מִנְחָה autem de militari conscriptione aut proprie aut frequentius dici, adstruet nemo.

2. Occurrit tamen מִנְחָה hac postestate I Reg. XX. 25. & סְכָן haud simplici vice v. g. Jud. V. 14. ubi v. cel. DATHE. Hoc quippe sensu toties accipiendum erit, quoties verba adjuncta id aut exigunt aut faltem ferunt. Tum & סְכָן Arabibus exercitum signat; סְכָן igitur conscribere, legere, cogere armatos. Sic latine & milites & Patres conscribi dicuntur, neque tamen si absolute ponatur verbum, de legionibus aut senatu cogitari poterit; que observatio de סְכָר etiam valebit, quos omnino, ubi militæ mentio injicitur, non secretarios, nec cancellarios, quod optime monet Il. MICHAELIS, interpretabimur, sed rei militaris praefectos, comparandos multa ex parte commissariis, quos in Gallia dicimus, rei bellicæ.

G 3

II SAM. XXIV.

V. 5. Trajectoque Jordane, castra posuerunt ad dextram urbis Aroë (Gaditum flumini adjacentis) & ad Jaëserem.

VARIETAS LECTIONIS.

V. 5. f. מִירֵאָזָר אֶלְيָזָר Miro consenu Syrus, Arabs, plures Kennicotti codices & LXX conjunctim efferunt *Eliazar* s. *Eliezer*. Syrus præterea Aroë in *Sarubh*, Arabs in *Sarus* mutat. Vulgatus, haud spernenda lectione, per Jazer ad seq. v. trahit. — בְּחַדְלָה חַדְרָה in versione latina orientalium interpretum, quos collegit Waltonus, constanter redditur *vallis*, unde tamen haud tuto concluderes, *torrenti* oppositam esse hanc vocem, aut *vallem* strictissimo sensu designare hos interpres voluisse, cum ex elementis linguarum

ANNOTATA.

At ubi, ut *Ezdræ* VII. 6. 10. 12. סְפִיר legis mosaike occurrit (*γερμανικός*) contextu & verf. Alex. du-cibus, haud invitus quisque legis peritum, (v. CARPOV. *Præl. in Godotin.* p. 131. *Theologum* igitur, eo sensu cogitabit, ut ejus opera, sicut in *explicando*, ita non raro & in *describendo* ac *re-censendo* codice s. versata sit, qua ardua in suo genere tum & honori-fica inter Hebreos provincia fuit; quam priori additam non mirabitur, qui Monachorum mediæ ævi,

& hodiernorum etiam Cœnobitum per Orientem instituta velit cogitare. Juxta Aramæum usum (v. EICHHORN. *Eind. ins A. T. T. II.* p. 659.) סְפִיר & נְבָא synonyma etiam esse videntur; quo magis in his locis avocamus a *militia*. Genericum etiam סְפִיר de sensu, ubi de bello plane non cogitabatur, adhibetur a Mose, *Exod. XXX.* 12. 13.

Quæ cuncta eo confilio a me hic posita sunt, ut memet ipsum eo providentiorem in attribuendis cui,

I CHRON. XXI.

totamque obiit Israëliticam terram, rediit-

VARIETAS LECTONIS.

Iωα'λ. V. ad v. 4. Sam. — σὺν λαθεντῷ ἀπέθεν — ὅτι μὲν) quod & apud

ANNOTATA.

que verbo significationibus efficerem, neque universe habere locum, quod aliquando habere posset, iusto celerius fumerem.

Non igitur tantopere verbis יְמִינָה, סֵבֶר, כְּנָה, solitarie positis confido, sed omni potius orationis nexui.

Supereft de *confilio* Davidis, sc̄opoque, quem hoc censu intendet, ut differamus.

Equidem de hoc negotio hanc mihi informavi notionem. Locus de Hebræorum censibus a maxima Philologorum parte aut minus, aut nimis, ad publica nostrarum civitatum instituta interpretando relatus est.

Quidam enim *tabernaculi* tantum, templi, sacerdotique memores, & de *ßeniſi lo* pendendo unice solicii, politici status vigorem, exercituum robur, fedulam agrorum culturam, publicæque rei per civium & numerum, & faciem vieturum, incrementa perinde habent; hinc in loco nostro, cum prætermillium cernunt facrum vegetig, ex hoc ipso fonte calamitates omnes derivant. Sacri interim

tributi ne in altera quidem Moysæ populi numeratione illa mentio extat; & infœcta proxime æva si species, æque incomptum est *solutus* ne fuerit semiſclus, an non? Ac difficulter demonstrabitur, in hoc ipso Davidico censu *solutum non fuisse*; quod dudum vidit SEB. SCHMIDUS noſter, *Comm. in Sam. T. II. p. 1084.* Atque omnino, si λίτην hoc, accepto a majoribus & perpetuo more, quotannis, aut statu alio tempore, fuit appenſum, *subintelligi* & h. l. potuit; ut in sacrificio, quamquam diferte non adjiciantur, intelliguntur tamen purificatio, precatio, epulum. Sin hoc tributum ultra Moysæ tempora non pertinet, Davidis ævo de eo nec *cogitatum* fuisse liquet.

Alii igitur interpres, hoc momento omisso, in Davidis censu eum circumstantiarum, publicorumque consiliorum complexum vident, qui ne avis quidem nostris, ineunte hoc facculo, sed nostra demum ætate, quibusdam in imperiis, *capitationis generalis*, bellicæ *conſcriptionis* & *impositionis*

II SAM. XXIV.

v. 6. Hinc progressi in Gileaditidem &
in terram Tachtim Choduchi venerunt Da-

VARIETAS LECTIONIS.

orientalium, nec minus ex rei ipsius, atque domiciliorum, vitæque generis in Oriente indeole constet, נָהָר & quæ ipsi in cæteris dialectis respondent voces, (de arabicis v. g. vid. GOL. p. 2227. init. & 2647. fin.) depressiorem quidem, interque montes apertum locum, vallem igitur, innuere, sed vallem flumine irriguam, quæ hinc amœna sit, aut hereditario jure, aut alio modo accepta habitatio. Vallem igitur fluviï alveum & hic cogitare licet. Jonathan in Targum ad h. l. non dubitanter urbem in medio torrentis tribus Gad

ANNOTATA.

territorialis conjuncto nomine atque terrore, innocuit. Oculatissimos esse hos viros, non nego; eorum tamen acumen temporum, morum, testimoniorum vis & ratio fugit, politiceque huic interpretationi non majus multo pretium figo, quam philosophico illi, qui, eruditæ lectionis impatiens, cuncta jam pervasis, sæculi genio, qui facta non ferutatu nec libras, sed fingit, supponit & subtilissime rationes subducit, ut solerter fumum & fabulas vendat.

Cenfui Davidico recte, i. e. ex ejus ipsius temporumque indeole

estimando nonnihil, opinor, sequentes positiones inservient.

1. Redemptionis illud pretium mosaicum f. semisclus nec ante recensionem a Davide imperatam, nec populo lustrato paenque regi jani indicta, commemoratur. Utinque igitur non spectatur. Ex iure si lege spectari, necessum non fuit. In facto nî possum reperimus. Si solvit cenfum Davides, in hoc culpam non meruit: si neglexit, pensasset. Profecto pensasset, qui extruendo templo tot bello paceque thesauros colligit, nec haec ipsa ædificatione quidquam in omni vita

I CHRON. XXI.

que Hierosolymam.

VARIETAS LECTONIS.

BERITINGERUM uncis inclusum, penitus exultat, ut & in
Vatic. — ἡλιθεν) ἀνηθεν.

ANNOTATA.

vita antiquius habuit *). Ad aliam
igitur rei cauſam investigandam
ablegamur.

2. Numerationis Davidicæ eam
extitisse faciem oportet, quæ Joa-
bum, quæ rei militaris tribuum-
que præfectorum, quæ ipsum denique
populum dolore, metu, indignatione
commoveret. Prius ex §. 3,
posterior ex 5, colligitur. Caſtra-
metationis, militarisque apparatus
ibi mentio fit. At bellicæ haſ minæ
per totam Iſraëlis historiam hac ſola
vice comparent; & five ab exor-
dio jufſas, quod veroſimilium eft,
five obtinente jam numeratione
edictas velis, apertum proſtant aut
regiae acerbitatis, aut turbarum
per provincias ortarum docu-
tum.

3. Hæc ipſa in numerationis
modo inclem̄tia & asperitas, tri-
bunorumque & populi in renitendo
consensu, finem, quem hoc tu-
multuario censu Rex intenderat,
non obſcure produnt. Quid rebus
ſuis ſperare, quid tremere, quid
omnino augurari animisque præfa-
gire, his poſitis, conſentaneum
erat?

Hoc patefacto, revelatum ſimil
Davidis conſilium erit. Facem præ-
ferunt Iſraëlitarum facri annales.
Hi, quod vulgo non attenduntur,
(quamquam copioſe hunc locum
proſecutus fit MICHAELIS Moſ.
Recht §. 54. f. sqq. ipfe tamen in
cenſu explicando horum a ſe præ-
ceptorum immemor,) annales igi-
tur Judeorum de fundamento

*) Lepidissimum hinc mihi viſum Delanii commentum, qui, cum & ipſe,
non minus ac alii interpretes, in hoc loco explicando hareret, atque
a ſculo omiflo malum omne repeteret, tandem mirabili percitus ira ex-
clamat: *Warum bezahlte dann David das Heupfer nicht? Er bielt eine
Peltlens für ein geringeres Uebel, als die unmäßige Breicherung der
Priesterſchaft. Leben Davids, P. III. p. 316.* Hujus generis plura viro
alioquin docto & sagaci exciderunt: ſc. p. 314. Davidem Tyri ac Sidon-
is dominum conſtituit, ext.

II SAM. XXIV.

nam - Jaanam , atque itinere ad Sidonem
flexo

VARIETAS LECTIONIS.

collocat. Torrentem hunc Arnonem fuisse verosimillimum est. Vid. RELANDI *Palæth.* T. II. p. 582. Sed בְּרַזְבָּן illud haud necesse est, ut pressa & ad litteram accipiamus, quod cum & lingua usus in tot aliis locis vetat, tum præcipue hic nos in viam ducit Deut. II. 36. IV. 48. ubi, quod nostro loco בְּרַזְבָּן dicitur, est תְּמִשֵּׁל ad ripam; oppidum igitur innuit ad ripam Arnonis situm in tribu Gadensi? III. MICHAELIS in notis ad vers. germ. h. I. urbem in insula collocat fluvii Gad, qui idem sit cum Arnone. Sic fere & cel. DATHE. De Ar-

ANNOTATA.

quadam & regia lege loquuntur, quæ constans principum, aut populi fatem' in æstimandis principibus, fuerit norma. Hæc sacra imperii ancora ab antiquissimis inde temporibus in futuros usus a Mose jam delineata extat *Deut.* XVII. 14 — 20. atque bipartitum publici privatique offici, quo & regnum & aninus principis gubernaretur, codicem offerat. *Modefia* in primis, que praefensis Numinis, & primitive hominum æqualitatis nunquam non memorem fæse præter, commendatur summo imperanti. (v. 20.)

Hinc est, quod, cum diadema SAULI collatum legimus, simul commemorentur (*I Sam.* X. 25.) *Paða Conventa*, interprete Samuel cum novo rege inita, solemnique ritu scrinii tradita sanctuarii.

Ejusmodi quoque gubernandi formulæ (capitulationi, quam dicimus) adstrictum Davidem fuisse, disertissimis verbis proditur *II Sam.* V. 3. cf. *I Chron.* XII. 23. sqq. *Fædus* enim iustum videmus Davide inter undecimque tribuum Proceres (Status, Legatos). Capita ipsa federis & conditiones

I CHRON. XXL

ANNOTATA.

sigillatim haud afferuntur. Confessaneum tamen est, ut nobis persuadeamus, eas, cœu rivos, ex prisco illo sacroque mosaico fonte manasse, nulloque modo regem a magnanimo illo pudore, pacienti que subditis animo avocaturos fuisse.

Sed hunc ipsum, qui facro-fantus esse debuerat, limitem migraſſe Davides videtur. Is enim primus non solum cohortem praetoriam Cerethos illos & Phelethos s. Crethi & Pethi II Sam. VIII. 18. & XX. 23.) satellites aluit; sed præterea primus etiam statio- narium eoque fenſu perpetuum militem infinitum. (Non enim vi deo, quo jure, si temporum bene memor esse vels, hanc militia designationem quidam averfentur interpres, v. g. DIEDRICHIS ad Chandleri vitam Davidis, p. 239.)

Qualibet ex tribu Rex turmam, ut Vulgatus habet, seu legiōnem potius vices quater mille militum felegit, quorum singulae per mensis spatiū ad stipenda forte & alia, atque omnino ea, qua nos dicimus, civilita aut publica serviū obœunda tenebantur. Ex his jam exercitus conficitur ducenties oœnagies oœlies mille armatorum. Publico huic splendori onerique parés ut essent reditus regii, undique quotannis congefta frugum, gregum, olei, vini insigni mo'e, magnopere auctum videmus pro-

rium & peculiare régis patrimoniū, (bona domania) I Chron. XXVII. 25. sqq.

Jam, his positis, quodnam regis, subditos tam accurate recen tentis, confilium fuisse conjiciemus? Qui certi penitusque explorati aliquid hic decernere audent, ii non recordantur, regem ipsum callide mentis suæ veram sententiam te xisse. Qui da militari quadam Davidis expeditione cogitant, non quidem omnino adverſarium, sed nec levissimo indice patrocinantem sibi textum habent. Qui Davidis faſum incusat, (ut inter Judeos & Christianos plerique) rem non falsam fed nec plenarie veram di vinare videntur. Qui, cum ill. MICHÆLIS (Comment. cit. de cen ſu p. 25.) id voluisse regem aſſerunt, ut ſubiti cuncti certo anni tempore in armis eſſent, ac fervit ipsi praefstant, quam maxime accedere vero, nimium tamen confidenter id ponere dici forſan poterunt. Alii, nec præter rem, no va tributa ſuspicantur, quam sententiam prioris opinioneis quali corollarium jam protulit PETRUS Mar tyr (apud Schotan Hift. Ecclef. V. T. Vol. II. p. 741.)

Plenissime ac tutillime hic ver fabuntur illi, qui totam amplexi regis indies aſperioris, graviusque ſemper, ut fieri ſolent, ruentis im agiam, ipsum ex ipſo, atque e

II SAM. XXIV.

¶. 7. perrexerunt ad castellum oppositum
Tyro, urbesque Hevitarum & Canaan-

VARIETAS LECTIONIS.

none certi fumus ex locis cit. illam vero Arnonis & Gadī synonymiam undenam demonstratam ibimus? & cur demonstratum iremus, cum גָּדֵן Gaditarum fluvius ex ipso locorum situ aperte intelligendus videatur?

V. 6. Tædet omnes illas immutationes, aberrationes & oscitantias congerere, quæ in locorum nominibus impigre cūmularunt LXX utriusque recensionis, Complutensis codex, cæteri. Hæc forte fluctuatio, quæ antiquitus jam in

ANNOTATA.

duriore nunc ejus regimine tum imperatum censum, simulque principum populiæ supñciones & querelas declarant. Supñciones ea cuncta continebunt, que supra attulimus; his inter se junc̄tis cumulatisque, perque metum partim, partim & malignitatem auctis, nientur Israëlitarum acerbæ querebæ.

Atque hanc rerum seriem a me non temere fingi, facile is mihi lector concedat, qui, rerum Ju-daiacarum peritus, Salomonem intuetur, sensimque sub eo crescentem imperii inclemantium expedit. Is enim Rex, & ipse solenniter a patre commendatus imperii

Magnatibus, (I Chron. XXVIII.) evita tamen atque intemperanter infinitam auri per publicanos coacti vim fisca quotannis addixit, (I Reg. X. 14. 15.) multa præterea alia in regiæ domus subfidiū, distributis per cunctos imperii fines præfectis, sibi summis, corrasit (I Reg. IV.) quod pravum desiderium, si jam Davidis animum felicitate & ad hunc censum impulsive dicamus, nil ab historica verisimilitudine valde alienum protulerimus, nil, quod non infœcta proxime tempora confirmant.

Poſt Salomonis enim mortem, Rehabeam effuse petulanterque ſic.

61

I. CHRON. XXI

ANNOTATA.

vus, a regni ordinibus decoris officiique sui commonefactus (I Reg. XII.) cum iustissimæ voci feroce minas opponeret, ferale exortum est Israëlitici regni divertitum; atque ne omnino de doloris discediisque caussa, alta mente apud Israëlitas repotta, dubitate queas, vide, in quem tunc potissimum popularis ira debacchata fuerit? tribulatorum praefatus est. (Ibid. §. 18.) Is lapidibus obrutus a turba, diffusantibus olim Joabi judicium funere suo confirmavit; nosque ulterioris in censum inquisitionis cura exfolvit. Addamus hoc unum: si intra peñus Davidis, census consilium substituit, conjici quidem illud, at a nullo historiorum affervari potuit. In vulgus notum, si statuis, tum ob hoc ipsum, tum per venerationem, qua Davidum & coœvi prosecuti sunt, & posteri, omisſi dici cauſa potest, que odio & averſationis plenissima fit.

Ad II Sam. XXIV. §. 7. *Castellum oppositum Tyro*. Verteram statim cum pluribus interpretibus: *munitiones Tyri*; ut nobisſimum illud intelligatur emporium, quod a mirandis suis, quibus natura & arte instructum fuit, propugnaculis hoc fortium epitheton fuerit, quo, *xxx. et xxxv. quasi, munita urbs*, celebre *castellum* nuncupatur, idque a Judeo præcipue historicō, cui hoc bellici prædicti ge-

nus ex gentis sua consuetudine non nimis familiare fuit. Sic & *Aquila* atque *Symmachus* cepisse videntur. Epithetorum præterea usus in aliis etiam urbibus insignientis haud infrequens est. *Sidon* interdum *Rabba* dicitur, *ampla, vaga*. (nisi hoc ipsum nomen *caput* potius regionis denotare velis; unde *Rabba*, eminenti fenfu, non cognomen tantum, sed nomen ipsum urbium, quæ metropoles sint. V. WELL'S Geogr. des A. u. N. Test. p. 572.) Cogitari igitur posset de monumentis Tyri, ab ea præcipue parte, qua continentem spectabat.

At rem accuratius retractanti, ille fe mihi maxime nodus obtulit, quod eodem plane compositionis modo hac vox *Jos.* XIX. 29. occurrat, quo tamen loco neque *Paleyrus* in continenti, neque *Tyrus insula*, neque *Tyrus continenti junda*, ex rationibus chronologicis intelligi potest, cum hæc postrema Alexandro demum debeatur, & ipsa Tyriorum urbs non nisi ducentis quadraginta annis ante templum Salomonis exstructa sit. V. JOSEPH. Ant. Jud. VIII. 3. Recidimus igitur ad *Paleyrum*, cuius quidem nomen, efflorescens ex rudieribus alud, in insula, oppidum suapte natura arguit, quod & diferte Historici referunt. Hæc igitur fragmenta, hoc

H 3



II SAM. XXIV.

rum omnes, unde ad Beersebam usque,
australem Judææ limitem, descenderunt.

¶. 8. Sic cuncto regno perlustrato, post
novem menses & viginti dies Hierosoly-
mam redierunt.

VARIETAS LECTIONIS.

codicibus obtinuisse videtur, Syrum Arabemque induxit, ut totum verbum supprimerent, sola Sidonis mentione reli-
cta. — Jonathan Tyrum omissit. LXX מִצְרַיִם nomine pro-
prio מִצְרָאֵת effrerunt, quod & ill GROTIUS probatur, qui
ad hunc locum: "Rectius Græci nomen loci proprium hic
„ponunt Μέση τόξων, quod & restituendum in Græco Jos.
„XIX. 29., (ubi omnino mire turbatus est uterque & præ-
cipue Vaticanus codex.) Ex incuria insuper ex Juda Jordani-
nem efficiunt LXX. Syrus & Arabs iter Joabi singularem in
modum invertunt. Omnino in Geographicis non pauca hic
restituenda & emendanda superfunt. Ex Cod. 23. quædam
lectiones affert KENNICOTTUS, quæ non tam varietatem tex-
tus, quam interpretationem spestant; ad glossarum genus
referendæ.

ANNOTATA.

urbis cadaver intelligemus? Parum dignum tam magnifica munimentorum appellatione tam lacerum corpus videtur! Aut Tyri in continenti origines ante occupatam se. His argumentis, ex temporum

I CHRON. XXI.

ANNOTATA.

ratione defumis, novum accedere munimen videtur, ex collato loco Jofuae cum *Jud.* I. 31. ubi recententur urbes, quas Ascheritarum tribus expugnare non valuit. At, quod jure mireris, omnium nobilissimæ urbis, *Tyri*, nulla prorsus mentio injicitur, cum tamen oppida longe minus clara, ab Israëlitis nunquam subacta diferte nominentur. Observavit hoc accuratus antiquitatis indagator *Hadr. RE-LANDUS in Palest.* T. II. p. 1047.

Addo, suboluisti hoc iam geco Jofuae interpreti, qui hinc, medelam feliciter loco facturus, lacunam intrepide explet, & textui inserit κατεκυνθετο Δωρ. Sed hoc fibi temere summis, nec unica haec est ejusdem versus interpolatio.

Hac ratione nec vetustum in Tyri vicinia oppidum aut castellum quoddam hoc loco intelligi facile poterit. Superest ut urbem intelligamus in Ascheritarum ditione sitam, per se incelebrem, sed hoc tamen loco, ut regni terminum, in Canaanis descriptione commemorandam.

Hæc etiam GROTIUS sententia,

aut huic vicina, placuisse videtur. Māλιστρος interpretis græci, interpretis quidem fluctuationem, (qui, ubi se expedire nequit, ex appellatibus propriis condere solet,) at id simul arguit, nec eum de ipsa Tyro hoc nomen cepisse.

Cæterum nec lingue rationes prohibent, quo minus צְרָר כְּבִצָּר (צְרָר) de munimento in rupe exstructo, aut in genere de castello valde munito, (כְּבִצָּר) aut de munitis imperii finibus Tyrum versus intelligamus. Sed de conjectura hæc sufficiant.

Urbes Hevitarum & Cananeorum Oppida nimurum qua olim in Hevitarum & Phœnicum (vid. GROTIUS ad Matth. XV. 22.) potestate fuerunt. Hoc ipsum, quod nonnisi subiecta Davidi loca existantur, suspicionem quam modo proponimus, confirmare videtur.

Ad §. 8. *Cuncto regno perlustrato*) Regni universitas ponitur pro maxima ejus parte. Non enim census initus in tribubus Benjamin & Levi; v. l. parall. Sic commode accedit, ut in antecedsum numeris affuefiamus rotundis.

II SAM. XXIV.

¶. 9. Tradidit tum Joab numerum po-

VARIETAS LECTIONIS.

LXX & Vulg. in fine versus denovo exprimunt לִבְנֵי אַרְבָּעָה μυρχαλῶν, pugnatorum. Sic & Compl. לִבְנֵי in medio versus quinque Codices Kennicotti omittunt. Plurium præterea codicum omissions ad hunc versum annotat Kennicott, sed quæ pugnam non expedient, partim etiam absonta sunt, ut omissum לְבָנָה in Ifraële & לְבָנָה in Juda. Irenicos potius hic conatus, quam varias lectiones proprio sensu, agnosces. Hæc etiam de לִבְנֵי addito & demto valent; cum antiquitus

ANNOTATA.

Ad II Sam. XXIV. ¶. 9.) Accedimus jam ad locum tot interpretationum conjecturis tentatum, tot illustrationibus cumulatum, aut obsecratum, difficile ut sit, tremulæ, qua forsan fruebare, huc, has inter nebulas, quibus alter alteri officit, non penitus amittere usufaram. Interim, ex tortuoso hoc & inameno itinere redux, quid hinc inde in loci nostri praesidium repetiri, communicare cum lectoribus, &, quibus volupe est, farcinalias meas explicare, meæ jam esse provincie reor; præfertim, dum, unicum sic locum evolendo, filium aliquot, qui nos in hoc capite manent, eadem opera interpretationem paramus.

Recentissimi populi numerus ab utroque scriptore diversissimis omnino & vehementer inter se discrepantibus summis effertur.

II Sam. XXIV.	I Chron. XXI.
Ifraëlis 800,000.	1,100,000.
Juda 500,000.	470,000.

1,300,000. 1,570,000.

I. Jam optio nobis datur, utrum malimus exquisitam hanc lectionis varietatem vitio tribuere librorum, an vero, in concordiam redire hac loca & conciliari posse, afferere malimus, an denique, tertium quoddam, cui locus forsan erit, remedium eligere?

Qua in disceptatione ne nobis scrupulus iniciatur, quali divina librorum

I CHRON. XXI.

¶. 5. Tradidit tunc Joab numerum populi recensiti Davidi. Israëlitarum omnium,

VARIETAS LECTIONIS.

V. 5. Επωαμένον μάχαιραν) COMPLUT. στωμένον βομφαίνειν
ficque & altero loco. — οὐδούντα) COMPLUT. quoque sic
habet, ut margo Breiting, i. e. ut Codex, cuius quamvis ma-
nifesto vitiosa lectione, indicatur tamen. — Vulg. de Iuda au-
tem quadringenta. Veteres quædam editiones per incuriam

ANNOTATA.

librorum facrorum labefactetur au-
ctoritas, ni, quo modo, amice
inter se hæc loca conprivare vice-
rimus, prius illud flatim attingamus:

1. *Incuria librariorum* n̄ il de-
trahi Scriptura fanditati p̄fē;
hoc æquifimos quoque & pientif-
fimos interpres largitos semper
fuisse. 2. Communem hanc rei que
ipius indoli inhærentem omnium
librorum fōrem esse, cui Deus mi-
raculo intercedere & sua sapientia
haud esse judicavit. 3. Quæri porro,
non de morum aliquo gravi præ-
cepto, sed de singulari facto aut
numero. 4. Tandem plura paſſim
extare in codice facro talis varie-
tatis exempla, quæ non facile quis-
quam negarit, nec jure quisquam
reformideat.

Hæc si cendifi ratio firmiss la-
tiusque apud hominum animos ob-

tinaret, ex altera parte multorum
cavillij, ex altera contortis multis
pièque spinosis interpretationibus
res theologica feliciter careret.

Primum, quod posui, membrum,
itemque tertium, confirmatione
baud egent. Desideranti tamen fa-
tisfaciet SCHULTENSIUS Diff. de
integr. textus Hebr. cuius, quæ
huc pertinent, verba affert quoque
KENNICOTT in Diff. gener. in
V. T. pag. 256. f. q. ed. Brunii.
De numeris atque nominibus pro-
pris WALTON in Proleg. ad Po-
lygl. p. 41. & alii agunt.

Secundi momenti veritatem ab-
unde demonstratum eunt critico-
rum libri, quos non omittet, qui
accuratae interpretationis usum sibi
& exercitationem mature parare
velit.

Sed hoc varietatis genus late pa-

II SAM. XXIV.

puli recensiti regi. Israëlitarum erant octin-

VARIETAS LECTIONIS.

jam nodum tam inæqualis numeri quidam ita solvere tentarint, ut altero loco *hominum* tantum, altero *fortium* hominum rationem haberi dicentur, (quod & inter recentiores DELANY egit, *Biogr. David.* p. 306. armis haud victri-
cibus; nec felicior OSIANDER in *Bibl. Illustr.* T.I. p. 686.) qua in re feverius agunt & religiosius interpretes Orientis.
THEODORETUS eandem summam, sed aliter distributam,
Israëlis quippe nongenta millia, Judæ quadringenta refert,

ANNOTATA.

tet. Unum igitur alterumve exemplum, quod propositam nobis materiam proprius tangat, feligamus. A scriptis codicibus parum vidimus opis nobis afferri ad hoc compendium discrimen; nec ferè nisi transuersam lectionem Chronicorum in libros Samuelis, & vice versa, nobis sicuti, que ipso vera differentia confessionem habemus, non solutionem.

Geminum huic nodum reperio in *Diodoro Siculo* L.XIII. c. 84. ed. Wesseling. T.I p. 609. Agrigentinorum ibi numerus initur, & quidem florentissimo eorum tempore, Olymp. XCIII. Numerantur ultra viginti millia civium; adjunctis vero peregrinis non paucio-

res æstimantur ducentis millibus. Favent lectioni Codices; favere alia etiam auctorum loca videntur, que Wesselingius profert. Aegei tamen sibi prudens lector perfruadet, ad venarum numerum tot partibus cives ipsos superasse, si vel maxime servorum quoque familias in auxilium voces. Medicinam hinc loco facere Clyverius, Bochartus aliisque tentarunt. Vides, haud infre-
querenter talia occurrere.

Quin in ipso loco nostro com-
memorando, dum ambiguitur de
numeris, in iis ipsis peccatum est
a scriptoribus quibusdam, aut eorum
falsum descriptoribus. Sic in Suidæ
priore glossa vocis Δεκα^{της} numerus
militum exhibetur: μηδέποτε τλιθ

I CHRON. XXI.

qui arma ferre possent, erant undecies centena millia; Judæorum autem quadringen-

VARIETAS LECTONIS.

habent: *trecenta*; quod indicat & merito rejicit FRANC. LUCAS BRUGENSIS in *delectu Romanarum correctionum*, ad edit. Vulg. Comparet hic *delectus*, tum in multis Vulg. edd. tum plenissime apud SABATIER, quem v. T. I. p. 652. —

ANNOTATA.

(ter millena, ter centena & vi-

ginti millia). Cedrenus autem, unica litera, σ pro τ posita (σ λ β) millena calculo demittit.

Eiusmodi exempla omnibus, qui veteres libros terunt, litterato Theologo e *Josephi*, v. g. lectio-
ne, non pauca succurrent. Prima statim ejus pagina documento esse potest insignis discrepantiae, que ex notis literarum exoriri per librarios possit. Adde *eiusdem Ant.*
Jud VIII. 3. 1. & ibi *RELAND.* &c.

Nec mirabitur hoc scripturaræ phænomenon, qui memoria recolere velit, notis numericis, vel si mavis, litteris ipsis, scribas, nominatum apud Hebraeos, in numeris efferendis, usos fuisse. V. VOGEL ad *Cappelli Crit. S. T. I.* p. 104. LILIENTHAL'S *gute Sachen* &c. T. XIV. p. 954. not. EICH-
HORN. *Einleit. ins A. Test.* T. I.

pag. 184. BRUNS. ad *Kennicotti Dif. gen.* p. 55.

Sic aditus nobis patefactus ad quartum illud, quod postulavimus, cujusque usus in obseruando triplex esse potest.

1. Ejusmodi sepe numeri in Co-
dice S. comparent, de quibus, an genuinam ac primitivam scriptu-
ram referant, nec ne, iure dubi-
tari potest. Huc pertinere videtur
Num. III. 28. ubi vid. Ill. MI-
CHAELIS; II *Chron. XVII. 14*—
19. v. WARNEROS hebr. *Alt-
erth.* pag 181. *Ezaj. VII. 8.* v.
Ven. KOPPE ad *Louthii Ezaj.*
h. l. Aliorum exemplorum amplissimam messem congeslit CAPPEL-
LUS in *Crit. S.* nimius forsan in
hoc genere, cum, ut recte obser-
vat SCHARFENBERG in *pref. T. II.*
sepe non tam *lectionis* varietas ad-
dit, quam *interpretationis*. In per-

II SAM. XXIV.

genta millia hominum , qui arma ferre

VARIETAS LECTIONIS.

quæ, ut diserte ex cod. Coislin. refert MONTFAUCON, lectio THEODOTONIS quoque fuit. Mutata hæc videntur, ad calculum JOSEPHI, *Ant. Jud.* VII. 13. 1. ed. Hav. T.I. p. 403. qui hæc, ut opinor, non ad codicem hebraeorum fidem ponit, sed quo, ex more suo, probabiliorem lectoribus rem faciat; hinc arbitror optime intelligi posse, cur ille, qui alias tam ubere floridoque stylo res Judaeorum persequitur, tam festinanter populi numerationem, arcæ pretium &c.

ANNOTATA.

multis tamen lectionem in mendo
cubare, evidenter evincit.

2. Numerus rotundus sepe po-
nitur, ubi ex summo rigore alium
exspectare potuisses; v.g. II Sam.
XIX. 43. cf. Cl. HETZEL ad Num.
I. 2. Ejusmodi quid in thesauro,
qui templo exfrundo paratus fuit,
fuspicatur non immerito Cl. KLEU-
KER in *Salom. Denkwürd.* imit.
Sic & plures jam olim eruditæ. v.
Cel. DATHS ad I Chron. XXIX. 7.

3. In ipsis, quos tractamus, li-
bris parallelis, tales discrepancias
occurunt, quas *difficuler*, aut
potius, *plane non concilaveris*; que
igitur vel *apographorum*
sphalmata, vel *autographorum*
ex diversis fontibus ducitorum dif-

fidia, arguunt. V II Sam. XXIII.
8 — 39. coll. I Chron. XI. 10 —
47. & ibi ill. MICHAELIS.

Dubium etiam ille movet ad II
Chron. II. 16. sed quod, ipso fa-
tente, infuperabile non est: cf.
Idem ad I Sam. XVIII. 19. de ho-
rum librorum interpolationibus,
qui locus late patet, Motafaica jam
scripta tangit, & a venerandis illis
antiquitatis monumentis per omnes,
historicos præcipue, libros perti-
net. His ut se difficultatibus exfol-
vat, nimium paribili medio uti-
tur interdum Vaticanus *r̄w* LXX
codex. Omitit, que ipsi videntur
ārīxaya esse. v. ill. MICHAELIS
Anhang zum XII. Th. der orient.
u. exeg. Bibl. p. 196. qui libellus

I CHRON. XXI.

ta & septuaginta millia, armis ferendis
idonea.

VARIETAS LECTONIS.

CEDRENUS *Hist. comp.* p. 71. cum in primordio eventus
hujus de censu, lectioni librorum Sam. magis adhæreat,
hoc verbu Chronica potissimum sequitur. Incipit ab *παῦς.*
Loco prioris *μάχαιρα* habet *πορφαῖα*: dein *όγδοοντα*, ut
marg. Breitling.

ANNOTATA.

ad rem, quam tractamus, lectu
perutulis erit.

Sed plenissime hunc locum per
ficiens est, & fidem haud ambi
guam huic asserto fecit KENN-
COTTUS in *Diss. super ratione
textus hebr.* a Ven. G. A. TEL-
LERO latina facta, cuius prior pars
perpetuam collationem II *Sam.* V.
& I *Chron.* XI. infinituit. (Sicque
KENNICOTTUS spem non fefelit,
quam de eo conceperat TELLNER,
vermischtte Aufsätze, T. II. P. II.
p. 108.)

Heo præmonenda esse censui-
mus, non modo, quia universe
aut cognitu aut retræctatu utilia sint,
sed quia his ipsis, in capitibz nostris
enarratione, aliquoties mox usuri-
sumus; imprimis autem, quia de
hac inscriptionis aberratione, ceu re
nec improbabili profrus, nec pro-

fana, persuasi semel, simul & per-
verbam illam confitiam abjicie-
mus, qua taciti nobiscum pacifici-
mur, quibuscumque armis, levissi-
mis eriam, & propugnare & vin-
dicare velle, quæ nec nobis ipsis
explorata, atque, si proprius ad-
fles, aut actuarii alicius meret
oficitiae, aut ex alio fonte decla-
randa discrimina sint. Nos igitur,
hanc malam religionem exuti,
atque, quam demum cunque in par-
tem lanx propendeat, æquo ani-
mo expectantes, luctremus jam,
quæ ab eruditis ad hunc locum al-
lata sunt, quæ, si ita se nobis pro-
babunt, ut & *citra defensionis
necessitatem* ea amplectemur,
amplectamur; sin minus, dictan-
tis aut excipientis scriba incuria,
æquum non est, ut tot legentium
millibus, per tot sæculorum fe-

II SAM. XXIV.

possent; Judæorum autem quingenta millia.

VARIETAS LECTIONIS.

expeditat. ZONARAS *Annal.* T. I. L. II. p. 84. edit. Du Fresne Parïs. in numero inito a Joabo consentit cum fonte hebraeo & verbis etiam fatis iisdem cum LXX utitur. Aperte eandem is recensionem fecutus est, quam tamen in epitomen contraxit. En versum: Ἡ ὁ ἀρχμὸς Ἰσραὴλ διλαοστὸν χωρίδων,

ANNOTATA.

riem, angorem creet aut moleftiam.

II. Varias doctorum sententias, fique *Historiam* hujus loci *litterariam* dedere PFEIFFER in *Dubvex*. p. 462. LILIENTHAL gute *Sache der Offenb.* T. III. p. 217. Auctor sylloges quo Quedlinburg prodidit a. 1779 sub inscriptione: *Die vereinigten Widersprüche der Bibel*, T. II. p. 351. &c.

Sunt inter has opiniones, qua tenuem nimis veri speciem præ se ferunt: v. g. de non numeratis tribubus Benjamin & Levi, quod verissimum est, sed apertissime etiam, tum apud Samuelem, tum in Hagiographis declaratur; par igitur utrinque ratio, qua hinc ad dirimendam litem nil confert. Nec majoris ponderis videtur hypothesis illa de gemino, quem instruxerit Joabus, catalogo: "cogitabat enim," (ut candide habet R.

Kimchi apud Schotanum p. 742.) „si pauciores rex recipiat, bene est; si minus, plures habebit.“ Sed in ancipiis positas esse duas has tabulas, quis non videt, cum nullum uspiam earum vestigium deprehendatur, nec vero etiam in re tam seria hoc ludicrum magnopere se cuiquam sit probatum. Hinc, ut emendet, quamvis hoc ipso se harererat, *Kimchi* addit, altero loco omnes, altero eos tantum in tabulas relatos fuisse, qui cladi superfites fuerint; in qua utraque hypothesis *Kimchi* præavit HIERONYMUS in *Quæst. Hebr. Opp.* T. I. p. 402. & 408. Illam de binis tabulis opinionem paululum inflectit, duce, ut videtur, Cel. BAUMGARTEN ad *Alg. W.* G. T. III. p. 350. Ven. BASTHOLM *Gesch. der Juden, aus dem Dänischen überfetzt von Markus*, T. II. pag. 250. & provocat ad I

I CHRON. XXI.

V. 6. Quos inter Levitæ & Benjamin

VARIETAS LECTIONIS.

V. 6. Καὶ τὸν Λευί) CEDR. τὸν δὲ Λευί — τὸν Βεναμίν) COMPL.
Βεναμίν — ἐν μέσῳ αὐτῶν) CEDR. omittit — προσάρθρων) COMPL.
ΠΛUT. κατησχυρεῖ — τὸν Ιωακέ) COMPL. πρὸς Ιωακέ. Vulg. Joab

ANNOTATA.

Chron. V. 17. ait diversissima ibi populi recentio est, & in ipso nomine *Jethami*, si chronologiam consulas, vitium inesse videatur.

Hic igitur prætermis, probabiliores tantum sententias sifimus.
1. Quod diversitatem Israëlis, i. e. omnium, Juda excepto, tribuum attinet; apud Sam. vis ingens peregrinorum in censu non venit, quorum rationem alter Historicus habet. Judæorum vero diversitas ita componenda, ut altero loco *definitus*, altero *rotundus* numerus sumatur.

Recurrit hic, quod supra de Argentinis retulimus. Sed cui non suspicione movebit prægrandis haec copia peregrinorum, qui trecenties mille aquarent? Obstat præterea, quod idem ille Ephemeridum auctor, qui non præterisse peregrinos fumitur, in sequenti more capite (I Chron. XXII. 2.) diserte peculiarem censum referat peregrinorum, numero quidem illuc loci non addito, quem tamen,

admissilo etiam aliquo discriminé, conjicere ex repetito Salomonis censu (II Chron. II. 17. 18.) possumus: atqui hic numerus, si vel maxime *réparatum* colligeretur, & exciperetur præterea Judea tribus, non fere nisi *diniidium* conficit ejus, quem illa hypothesis poscit; quare miror, virum in calculis exercitatissimum, J. G FRANCIUM, in *Novo Synt. Chronol.* p. 259. huic quoque sententiae accellifie.

Facilius procedit alterum membrum. Triginta enim hominum millia, in illa Iudaice tribus amplitudine, soli fertilitate, regis contributis amore, possunt fortassis, ab Historico præsertim ejusdem civitatis, qui in suos potius quam Ephraimitas, liberalis esset, in pleni rotundique numeri honorem, mantissæ infar adjici.

2. Alii ad legionarios illos configunt, de quibus supra dictum est. Ex quavis tribu vicies quater mille, duodecies aucti efficiunt

II SAM. XXIV.

VARIETAS LECTIONIS.

ἀνδρῶν συνάμειως, σπασμένων ἡραρχίων. καὶ πεντακοσίων χιλιάδων
ἀνδρῶν μαχητῶν τῶν εἰς Ιουδα φυλῆς. — πρὸς τὸν βασιλέα, quod
LXX habent, mutat COMPL. in τῷ θεοῖς — ἐντελο Ιερουλα
ἢν Ιερουλα — σπασμένων. v. & supra. CEDREN Hist.

ANNOTATA.

ducenties octogies octies mille. Collarium præterea ex ducum & præfectorum omnis ordinis segregato numero si adjiciatur, emergit illud ipsum numeri caput, quod rotundo ore per trecentes mille efferrī poslit. Hos jam, regi quippe viritum notos, non est ut denuo numerosas credamus; tamen autem erat, eos tribibus illis, e quibus eorum longe maxima pars conscripta erat, i.e. Iraeli, ut proprie fedi, accrefcere. Hoc modo intelligitur prioris summa discrepancy, majoris nimurum aut minoris, prout aut addere aut demere legiones lubebat.

Censu autem tribus Iudeæ conciliabuit earundem legionum ministerio. Quæ enim hac ex tribu collecta fuit manus, si ceteris, i.e. quadringentis septuaginta millibus addas, accedas ad summam, quæ exhibetur in libro Samuelis; ciuium autem nudus numerus reficitur in Ephemeridibus.

Hic solvenda questionis modus a pluribus jam Iudeorum magistris probatus fuit; R. Eliezer, Kim-

chi, novissime Abendana. Profert quoque R. Josua Levita in *רְבִיבָה אֶלְמָן* ap. BASHUSEN in *Clave Talmud.* p. 236. Inter Christianos patrocinantur præclaræ nomina BOCHARTI in *Hieroz.* T. I. p. 376. ed. Lond. GROTIUS ad h. l. LIGHTFOOTI in *Chronicis temporum*, Opp. T. I. p. 69. qui omnium diligentissime in hac ornanda cauſi versatus est. Sic & TREMELLIO, CALOVIUS ad h. l. ex parte etiam BAUMGARTEN ad *Allg. Welt-Gesch.* l. c. p. 349. Horum plerique locum I Paralipom. XXVII. 1. tanquam defensionis aram amplectuntur.

Posteriorem hujus hypothefeos partem, quæ numerum Iudeæ spectat, noſter quoque SEB. SCHMIDUS in *Sam.* T. II. p. 1074. adjectoque stipendiarios milites putat, quod ſemper in tribu Iudea apud regem verarentur. In Iraelis numero quod excedit, peregrinorum multitudini tribuit, ſicque priori ſententia favet, argumentis adductis, in quibus equidem acq[ui]efcere nequeo.

Huic

I CHRON. XXL

ne comprehensi quidem erant, cum totum
hoc regis consilium Joabo displiceret.

VARIETAS LECTIONIS.

invitus exsequebatur regis imperium. Pulcre! ut totus hic liber latinitatis multo probatoris est, quam plures aliae Bibliorum partes. Interim בְּנֵי יִשְׂרָאֵל longe fortius est.

V. 7. Επειδή τοῦ προτέρου — περὶ τοῦ προτέρου μείος τούτου
COMPL. περὶ τοῦ λόγου τούτου. CEDR. plane omittit. — τὸν Ισραὴλ
CEDREN. καρδία Δασδίδη αὐτός. & sic redit in textum Sam. V. 10.

ANNOTATA.

Huic tamen universæ sententia, que omnes alliceret. V. I Chron. XXII. 2. quo ipso parum juvatur prior illa de complemento per peregrinos efficiendo conjectura. Ita in *negando* multa nos juvant, non æque felices in *ajendo* futuros. Dum *latius* afflgeat jubabar, sequentibus interim fruere mecum.

1. Diffonus quidem sumimopere uterque calculus. Quid tamen, si uterque pulcre haberet? Operi artificis, si vel minimus articulus decedit, cuncta videtur deformis atque indigeta fabrica esse; id quod de nulla re magis, quam de subducendis rationibus valet. Earum ineundarum, si rationes vel tantillum *diversæ* fuerint, non potest non populi *universi* vehementer dispare *fumma*, nec illa tamen rapte ad eam contradictione; deest tantum nobis initi calculi *mejstria*. Hoc jam a multis, Baumgartenio in primis, non incommode monetur.

K

II SAM. XXIV.

VARIETAS LECTONIS.

comp. p. 71. ed. Ven. numerum τῶν πολεμισθῶν τοῦ κονδύ λαοῦ, quem inerit Joabus, ponit bis mille trecenta quadraginta millia (*μυριάσες σταθμοί*) qui numerus, ut recte XYLANDER in *annot. p. 6.* observat, neque cum his, quæ paulo ante, neque cum iis, quæ non multo inferius profert, neque omnino cum veritate congruit. Variat sæpe CEDRENUS, librariorum forsan culpa, mirumque in modum verba turbantur, atque, quod hoc propius spectat, justo liberius a narrationis biblicæ ordine recedit. Optandum omnino est, ut feverius excutentur Byzant rerum scriptores, sæpiissime jesuni, nec tamen nunquam bona fruge, quamquam ex alieno agro, insignes.

— ANNOTATA.

Atque vel recentissimis temporibus, quibus magnam hæc ars elaborationem perfectionemque acceptit, proclivem in his rebus lapsum esse, census tabulæ hinc inde attentato lectori declarant. Sic exercitatus profecto atque idoneus hujus causæ arbiter, Cel. BUSCHINGIUS nuper admodum *Eleazaratus Brunsvico-Lunenburgensis* incolas numerum septingenta quinquaginta milliones æquare posuit. Alii autem, ex diversis quippe *præmissis*, diversam *summam* colligentes, ad millesimam illarum usque æstimant. V. *Acta Publ. Hamburg.* anni 1785. Dec. p. 1209. sqq.

Eadem Ephemerides, Febr. 1786. p. 176. annotant *Dantiscanos* duas quotannis natorum dænotorumque tabulas exhibere, quarum posterior

plura pluresque complectitur; quod discrimen non vitio uli describentium, sed diverso conficien ti consilio tribuendum. Multa porro hujus generis lectoribus meis ex SÜSSMILCHIO succurrent; quo potiori jure de præfoco rudioreve ayo conjectura fieri potest.

2. Hoc interim resolvendi nodi tentamen, si cui minus se probet, optio illi parata est illas inter sententias, quas supra proposuimus. Quæ si nec ipsæ plausum tuum ferant, per me litteræ scriptiones ipsius, alterutro loco, suspicari erratum.

Tumquæ prima forsan fronte *Samuelis* incusabis librarios, quia Judeæ & Israëlis ratio ea, quæ in Chronicis exstat, *probabiliorē* a se invicem distantiam ferat, quam altera. Interim si, quod & Cel. Mi-

I CHRON. XXI.

¶. 7. Sed & Deo hoc invisum fuit, qui
clade hinc afficit Israëlitæ.

VARIETAS LECTIONIS.

Paralipomena quoque sequitur SULPIT. SEVER. *Hist. Sacr.*
L. I. c. 38.

ANNOTATA.

CHÆLIS obseruat *Jur. Moſ.* §. 26. tecum reputes, rationem hominum armis ferendis idoneorum ad universum populum esse folere ut 1:4, aut omnino 6,280,000, quem numerum non quidem extimebo, si cum Cl. WARNEKROES aliiisque Palestinae tum temporis fertilitatem cogito; at tutius tam provocare mihi ad librum Samuelis videor, unde summa tantum prodit 5,200,000 hominum. Tum *Jud.* numerum, in quo pueri etiam interpres con�irant, rotundo numero reūtatum dicimus.

3. Tertius supererit expedienda difficultatis modus, qui omnino mihi simplicissimus videtur, hinc & acceptissimus est.

Diversa jam antiquitus narratio existit. Prophetas supra vidiimus, a Gado præfertim & Nathani, *historiam sui temporis*, & sic regi condidicisse annales. Ex his varie epítome, varie recensiones continuationesque fluxere. Hujus diversitatis fontes ex iis, que attulimus, haud omnino difficile est ad divinandum. Multa non pugnant, que pugnare nobis videntur; & ignoravit plura senior etas; deinceps facta eidem aucti inscripsi; quedam in maius auxit aut immutavit veneratio.

Hinc devia multa in Codicibus, quæ sic ad posteros manaverunt. Hinc lectio diversissima, sed constans.

Accedit librariorum obscure dili-
gentia, & jaſatio eruditio, qua
intrusere aliunde profecta, inferuere
glossas, quarum auxilio jam textui
textus repugnat; sed quæ *inventio*
veri critica, ut præfici myth., hito-
rica, mundi etate longe antiores
existant. Verisimilia haec esse nesciunt,
qui a vetere lectione non alieni, re-
centissimos quoque criticæ rei magi-
stros nesciunt.

Sed & ante nostram etatem com-
pleret jam ita lenire. Placuit ipfi
LUTHERO liberalior circa horum li-
brorum exterum habitum sententia,
quam, qui ex Chronologia potissimum
veritatem centent, ex PFEIFFERI
Theatro Hermeneut. p. 77. aut notis
LUTHERI marginalibus doceri pos-
sunt. Sed fuit, qui recente sper-
nunt, nec magis tamen vetera terunt;
nullus valde rei, nisi abundantis ful-
fentis, tenaces, quos nec veritas,
nec pietas, sed pingue otium juvat.

At nos, bonis potius omnibus votis-
que ac precautionibus hanc e manibus
telam, leſoreunque ad tempus dimit-
tamus.

I N S T I T U T I S U M M A .

I. Præfatio.

II. Scæcio isagogica.

1. Mira sententiarum circa Davidem diversitas.
2. Fontes, unde haec de censu David. narratio ducenda; de librorum igitur Sam. & Chron. auctoribus & aetate differitur.
3. Momentum disquisitionis hujus universe, quatenus tum præfca Vetus. Test. tum haec recentissima tempora spectat.
4. Tractandorum ordo.

III. Ipsa utriusque capituli interpretatio

1. Aperitur consilium suscepit collationis critice.
2. Collatio ipsa & extantior varietas lectionum, versus tenens novem priores ap. Sam. septem in Chronicis, quæ illis respondent.
3. Præcedit versio latina.
4. Sequitur singula incisa annotatione.
 ¶. 1. Sam. Supremi Numinis ira. Tropi refolutio. *Pene*, que per illum indicatur, occiso, subiectum.
 Chron. Quo sensu Deus; quo Satan mali auctor? — **חַיָּה** & affinia. — Multiplex potestas verbi **שְׁמֹן** in classes digesta.
 ¶. 2. Sam. Davidis editio; quo animo facta? Chron. ad quosnam?
 ¶. 3. Sam. & Chron. Joab. Ejus responsum; cum huic responsi *caysis*.
 ¶. 4. Sam. Inquiritur in verba **בְּקָרֶב**, **בְּנָה** & **כְּפֵר**; hisque præmissis, in *censum David*. ipsum.
 Chron. **בְּקָרֶב** cum adjunctis.
 ¶. 5-9. Sam. coll. Chron. ¶. 5. Paucia de situ locorum. Differitur deinde numero incolarum per Israelem & Judam, prout ab utroque historico appenditur.

P R A E T E R I T A .

Ad pag. 27. Chron. ¶. 1. Inter varias lectiones notatu dignissima est ea, quam e Cod. Casel. afferit Cel. MICHAELIS Orient. Bibl. Vol. IV. p. 215, ubi punctator Codicis proponit **רְגֻעָמָר** (chiphil) stare fecit; excitavit eum Deus in Israëlitas.) Favet huic lectioni & Chaldaicas versio Ephemeridum a BECKIO edita. Per utramque mirifice firmatur Theoditicæ illi notio, quam in annotatione possumus. Casselana haec lectio, si vel privam tantum punctatorum sententiam ea contineri dicam, scholis sic accentenda, auget tamen illa diuturna eruditorum vota, ut tandem aliquando, in conferendis codicibus, post expensas literarum, vocalium etiam punctorum accurate ratio ineatetur. Cæterum halce relegenti pagellas, non typographi tantum, sed & mea hinc inde occurribant errata. Defunt, abundant, displicant hand paucia. Sed hujus penitentia & postea, & commodius edi specimena poterunt. Alia ad versariorum amica cohors; plura tempus revelabit. Vale!

Tg 6052

(X2311041)

Ni A.

Farbkarte #13



3

DE
CENSU DAVIDICO
PESTEQUE HUNC CENSUM SECUTA
IN 2 SAM. XXIV. ET 1 CHRON. XXI.
COMMENTARIUS
—
CUJUS PARTEM PRIOREM
DEO CLEMENTER ADJUVANTE
PRO GRADU DOCTORIS THEOLOGI
RITE OBTINENDO
SOLEMNI CENSURÆ SUBMITTIT
JOHANNES LAURENTIUS BLESSIG
S. THEOL. PROF. PUBL. ORD. ET NOVI TEMPLI PASTOR
ADSCITO RESPONDENTE
JOHANNE EHREMANN
SEMIN. ECCLES. MEMBRO, ET SCHOLE NOVI TEMPLI
MODERATORE
—
D. XXVII. FEBRUARII MDCCCLXXXVIII.
HORIS ANTE- ET POMERIDIANIS.

—
ARGENTORATI, Typis JOH. HENRICI HEITZ, Univerſ. Typ.

